

D. O. M. A.

6338^b

Collegii Testamentarii Publici

16 11, 5

Disputatio IV.

4

19 /

DE

SUBSTITUTIONIBUS.

Quam

In Illustri Salana

Approbante Amplissima Facultate Juridicâ

3 1/2 /

PRÆSIDE

2

Viro Clarissimo & Consultissimo

Dn. ANDREA GERHARDO

19

J. U. D.

In Auditorio Jctorum discutendam proponet

CASPARUS ZIEGLERUS LUSATUS.

Ad diem 25. Julij.



JENÆ,

TYPIS LIPPOLDIANIS.

ANNO

M. DC. XI.





VIRIS

Amplissimis, Consultissimis & Clarissimis

Dn. VALENTINO KRAPPEN,

Dn. MAGNO LÖBZELTERO,

Dn. ANDREÆ GERHARDI,

J. U. Doctoribus & Scabinatus Electoralis qui est Lipsiæ, illi
Seniori, hisq; Adfessoribus optatissimis.

NEC NON

Dn. JOHANNI MAJERO

Dn. JOHANNI RENZELIO

J. U. Doctoribus, inclitæ facultatis Juridicæ Lipsensium Adfessoribus &
supremæ Curiæ Electoralis Advocatis
meritissimis

*Dnn. Fautoribus & Patronis suis
nullo observantia cultu non venerandis*

offert

CASPARUS ZIEGLERUS
Auctor & Resp.





DISPUTATIO QUARTA
DE SUBSTITUTIONIBUS.

Respondente

CASPARE ZIEGLERO LUSATO.

THESIS I.

D*egibus & moribus tanta testatib. data est potestas, ut non solum pro arbitrio de rebus suis disponere & heredes sibi facere, sed etiam heredum gradus constituere possent. Qua occasione inducta est substitutio.*

Princ. J. de vulg. subst. l. moribus l. potest. 36. de vulg. & pup. l. verbis 120. de V. S. Sicut enim nuda, simplex & absoluta testandi potestas ab initio inducta postea juribus insequentibus paulatim restricta est Bodin. de Rep. c. 2. Carol. Sygon. lib. 1. de antiq. jur. civ. Rom. c. 12. ita etiam in quibusdam aucta, tum per leges tum per mores & consuetudines Romanorum, quibus id potestatis esse recte statuimus cum Zaf. ad l. 4. n. 6. & 7. ff. h. t. adeo ut ex humanitate & privilegio quodam aut speciali gratia (ita enim id quod contra juris regulas conceditur indigitari consuevit l. peregre 44. §. quæsitum ff. de adqui. poss. l. justo. §. nondum. ff. de usucap. l. ult. §. his itaq; C. de inoff. test.) etiã alteri testamentum facere tandem permetteretur l. patris 20. ff. de vulg. in pr. J. de pupill. quod aliàs prohiberetur l. 13. C. de testam. l. 8. §. 2. de jud. codic. l. 77. §. mando. de leg. 2. Govean. ad l. 2. n. 1. de vulg. & pupill. Et ut cætera singularia ita & hoc non sine singulari ratione inductum est, tum ut testamenta eo facilius effectum sortiantur & res defunctorum ex voluntate disponentium devolvantur l. 1. C. de sacros. Eccles. tum ut caducum evitetur l. un. pr. C. de caduc. tol. Idq; eo magis cum testamenta rebus favorabilibus connumerentur, in quibus conservandis & sustinendis legumlatores magno semper opere solliciti fuerunt. Inde enim quarta Falcidia & quarta Trebellianica inducta est, ne heredes scripti ob lucrum vel omnino nullum vel admodum parvum testamentum deserant, testatoremq; intestatum faciant §. 1. J. ad l. falcid. §. sed quia. J. de fideic. her. Claud. Chiffet. de subst. c. 2. Vigl. ad rub. J. de vulg. in fin. Donell. ad rub. C. de inst. & subst. n. 22. Trentac. de subst. p. 2. c. 1. in fin. Sfort. Odd. de compend. in prælud. p. 1. q. 5. n. 16. 17. Sichard. ad rubr. C. de impr. & aliis. n. 2.

A

2. Et

rio, nihil nos fallat vocabuli quibusdam juris in locis latior acceptio.

Nam & ad legata, fideicommissa, donationes applicatur l. si legata C. de legat. l. 5. §. 9. de don. int. vir. & ux. l. 26. de hered. inst. l. 57. §. ult. ad SC. Trebell. l. ut heredib. de leg. 2. l. 33. de testam. tut. l. ei cui de donat. mort. caus. l. 1. §. si autem. C. de cadve toll. in quibus tamen nulla fit institutio heredis Fumeus de subst. n. 5. Duar. h. t. c. 1. Imo adhuc generalius & quoad Elymon substituere est quovis modo in locum aliarum qualium cunque rerum deficientium alias submittere §. sed si gragis. J. de rer. divis. l. 63. ff. de usufr. l. 18. eod. Donell. ad rub. C. de impub. & aliis n. 2. Anto. Peregr. de fideic. art. 5. n. 6.

3. Hoc ipsum enim & in voce Institutionum usu venire videmus, nisi restringatur.

Sic leges instituere dixit Apuleius. & instituere actiones l. 1. §. deinde ff. de O. J. l. 1. de inter. act. l. 1. C. si tut. non gess. instituere de beneficio c. 1. de R. J. in 6. Instituere obligationes. l. ex hoc jure ff. de J. & J. instituere fontem l. 3. ff. de aq. plu. arc. Hottoman. in princ. Inst. de vulgari subst. Et hoc Doctores sefellit ut tam varie substitutionem nobis definitam reliquerint ut videre est apud Sfort. Odd. prælud. p. 1 q. 1. per tot. Polit. de subst. in gen. n. 22. & seqq. Chiffet. de subst. c. 4. Cujac. in parat. ff. h. t. Quilibet enim pro substrato significatu rem determinavit vel invitus, prout in effectu agnovit Lancelot de subst. in genere n. 2. 6. 7. Trentac. in præfat. n. 4. 5. Nostrum vero institutum aliud suadet ut & vocis proprietatis, quod patet ex l. 1. l. 25. ff. h. t. l. 20. in fin. de cond. inst. l. 60. ad l. Falcid. ubi substitutio ad hereditates applicatur Fumeus de subst. n. 5.

4. Quo sensu substitutio est ulteriore gradu facta heredis institutio:

Gajus Inst. lib. 1. tit. 4. pr. Duar. h. t. c. 1. Vult. J. R. c. 73 n. 9. & pr. J. de vulg. n. 1.

5. Unde ut generis appellatione singulae veniunt species ita Institutionis vocabulo venit substitutio.

Adeoq; jussus instituere Titium jussui satisfecisse creditur si substituit Titium l. 20. §. si de cond. inst. Evidens n. hic & Logica subest oppositio: Nec quem moveat quod interdum diversimodè fiat, nunc alternative nunc copulative l. 1. ff. h. t. rubric. C. de instit. & subst. adeo ut quandoq; pro instituto non habeatur ut maxime sit substitutus l. 26 ff. h. t. Etenim Institutionis vox in usu juris ita sumitur ut nunc generis nunc speciei naturam adumat & sic cum substitutione interdum disparetur interdum ei ut genus supponatur ut monuit Trent. in præfat. m. 13. & is. A. Govean. ad l. 1. n. 2 h. t. Adeoq; ubi institutio in specie requiritur ibi substitutio non sufficit d. l. 26. h. t. l. sub conditione ff. de bon. pos. cont. tabb. A. Fab. 9. conject. 5.

Nil faciunt contradicentes dū inferunt dispositionis appellatione non venire conditionale l. 1. §. si quis simplic. ff. de V. O. l. 1. de Donat. l. 4. de hered. inst. & substitutione omnē esse conditionale l. 3. C. de hered. inst. Don. in rub. C. impub. & aliis n. 14. A. Fab. dec. 31. er. 8. adeoq; institutionis nomine nō venire nā teste Polito hoc toti t. de condit. inst. contrariatur ut & in specie l. 4. §. 6. de hered. inst. l. creditores de V. S. Nisi forsan tempus pendentis substitutionis ob institutum delibentem respicias ubi nullus adhuc effectus eius in esse apparet l. 13. de adquir. her. spera.

t. qui substitutionem minime conditionatum actum esse defendit. Est enim conditio necessario apponenda, quæ vulgaris conditionis formam non sequitur ut observavit Detl. Langebeck. lib. 1. annot. c. 27. Cuj. ad Paul. lib. 3. sent. tit. 4. §. substituere. Nec quid obstat quod exheredatis, qui ab institutione prorsus sunt remoti substitui possit l. 2. h. t. Recte enim Oddus, quod substitutio dicatur institutio respectu testatoris instituentis non respectu ejus cui fit substitutio Donell. ad l. 7. n. 19. C. de impub. & aliis.

6. *Et ut Institutio simplex in specie dicta in primum gradum ita substitutio in sequentes concipitur.*

Plures enim eorum fieri possunt ut tertius, quartus &c. l. quo gradu 13. l. potest. 36. ff. h. t. ubi Jas. in pr. Qui tamen omnes respectu aliquo, possent dici secundus gradus, nam & crebro J. C. t. secundi gradus saltem mentionem faciunt l. 43 §. 2. h. t. l. precibus C. de impub. & al. l. 2. §. 4. ff. de bon. poss. sec. tabb. l. non putavit. §. a primo ff. contra tabb. l. 7. de bon. libert. l. 41. §. splendophorus. de fideic. libert. & nihilominus sequentes etiam intelligunt. Quo significatu etiam t. t. C. de secundis nuptiis conceptus est qui tamen de tertius & ulteriorib. quoq; intelligitur ut in l. hac edictati. C. illo tit. in pr. refertur quemadmodum & t. t. de duobus recis stipul. sufficit ut maxime plures habeantur. Juvat quod a prima substitutione quadanteus sequentes dependent ita ut illa ob conditionem deficientē deficiente deficient cæteræ in universum simul omnes Ant. Peregr. de fideicom. art. 29. n. 29. & art. 5. n. 35. Menoch p. 1. conf. 99. n. 204. Quo respectu primus substitutus quoad secundū habetur pro instituto, & ex sententiâ Hottom. deficiente primo secundus pro primo, iterum deficiente secundo tertius pro primo & ita deinceps habetur. Ut sic vel solius secundi gradus appellatio sufficere nobis debeat Zasius ad rubr. h. t. n. 4. Trentac. in præfat. n. 10. Oddus prælud. p. 1. q. 1. nu. 13. 14. 15. Lancelot. in præfat. n. 10. Sed hic respectus manus nobis non ligat, quo minus autoritate J. C. t. modestini l. 1. h. t. pr. & Pauli. 3. sent. §. heredes. secundo gradui tertium opponamus, & potius ordinem numerando inspiciamus ipsam dispositionem Testatoris quam eventum ipsum ob mortem aut repudiationem institutorum & substitutorum contingentem. Govean. ad l. 1. n. 6. 7. 8. ff. h. t. Quæ ratio in pupillari substitutione omnino incunda est si modo eam substitutionem dicere jure volumus.

7. *Gradus ergo Institutionem à substitutione se jungit.*

Gradum vero hic non intelligimus ordinem scripturæ aut numerum personarum, ut si Titus ex parte prima, Sejus ex parte secunda Mævius ex tertia, Sulpitius ex quarta hæredes esse jubeantur. l. 14. l. 15. de her. inst. l. si is. 25. ff. qui testā. fac. poss. Alias quilibet coheres post me scriptus meus esset substitutus, qui tamen saltem ordine scripturæ est secundus aut tertius, utpote cū plures unis literis aut uno spiritu aut uno nomine nominari non potuerunt. Jas. in rub. ff. h. t. nu. 5. & 6. Polit. de subst. in gen. n. 20. Sed gradus nobis est ordo successionis l. 2. §. 4. & 5. ff. bon. pos. secund. tabb. l. 3. §. 1. & seqq. l. 14. de lib. & post. Paul. lib. 3. sent. t. 4. §. hered. l. 36. ff. de statulib. Gov. ad l. 1. n. 3. ff. h. t. Et quidem talis ordo per quē omnis graduum concursus impeditur l. 37. ff. de her. test. l. quandiu. de vulg. & Donel. 6. com. 23. Hott. ad pr. J. h. t. Laterem itaq; lavant qui colligunt: Atqui sunt ulteriore gradu instituti qui tamen non sunt substituti l. 60. & l. 87. ff. de hered. institut.

pupilli hereditatem non in secundo sed in primo gradu accipiat ut observat acutissimus Faber decad. 33. er. 4. & 6. ita ut secundo loco quidem sit, sed hereditas ei non in secundo gradu deferri videatur. Attamen suo respectu quoque in secundo gradu positus videtur, vel in comparatione respectu heredis primi paterni Donell. ad l. 7. n. 20. C. de impu. & aliis. & ita si referamus substitutionem ad institutionem Hottom. pr. J. h. t. vel quoad intentionem & dispositionem testatoris emergentem ex illa conditione si heres erit & intra pubertatem &c. id quod tum usu venit, quando pupillus qui non abstinuit, decessit, hic n. pro herede habetur l. 8. C. de suis & legit. l. 2. §. si quis ex liberis. ff. ad SC. Tertul. l. 7. §. 1. de acquir. her. l. 87. de leg. 1. Ant. Fab. dec. 31. er. 9. adeo ut substitutus junctas patris & filii hereditates accipiat, id quod non absque magno effectu procedit l. paterfam. de privil. credit. l. 42. de acquir. her. l. 12. de vulg. & pup.

8. Specialem vero & notabilem notant casum ubi videntur duo esse gradus, non tamen subest substitutio:

Ut in l. Gallus. pr. de lib. & post. l. 37. pr. de hered. inst. l. 33. §. 1. de vulg. & pupill. Fit enim proprie substitutio in casu quo instituto hereditas delata est, hic vero filio premortuo deferri nunquam potuit, adeoque avus nepoti postumo statim a tempore mortis suae delatam vult hereditatem, id quod est instituere non substituere. Facit. l. 43. §. Lucius ff. h. t. Cujac. tract. 2. ad Afric. super. d. l. 33 Chiffet. de subst. c. 14. Govean. ad l. Gallus. n. 25. de lib. & post. & ad l. 2. n. 17. ff. de vulg. & pup. Ant. Fab. 9. conj. 11. & 12.

9. Et duo potissimum sunt casus in quos dirigi solet substitutio, adeoque duae etiam species, Vulgaris & Pupillaris.

Vel. n. in casum heredis non adeptis, vel in casum morientis ante testamenti factionem acceptam. l. 8. C. de impub. & al. dicuntur & duae causa l. 39. §. 1. h. t. & duo eventus. l. 4. h. t. Et haec duae species sunt dominantes, primipilae, antesignanae & principales, ad quas caeterae tanquam subditivae reduci possunt Zaf. ad rubr. ff. h. t. n. 7. ibid. Jaf. n. 3. Addunt his Reciprocam, Copendiolam. Vigl. in rubr. J. de vulg. n. 5. Trentac. p. 1. c. 1. pr. Polit. de subst. in gen. n. 26. Jaf. rub. h. t. n. 1. Quae tamen ad superiores reduci possunt Donel. 6. Com. 24. & ad rub. C. h. t. in fin. & si a formulis substituendi diversas statim species eliceremus in infinitum excurrere oporteret Cujac. p. t. ff. h. t. Hottom. ad pr. J. h. t. Chiffet. c. 5. Vinc. Cabot. 2. disp. 16. & 19.

10. Fideicommissum, an substitutionum speciebus ad numerandum, difficultate non caret, nos tamen negabimus.

1. Diversas etenim hisce materiis rubricas adsignatas videmus tr. tr. de vulg. & pup. ad SC. Trebell. de fideicommissis de instit. & subst. &c. 2. Nec definitionem generis fideicommissi applicare poteris modo specificè definitum sumas, non latè uti facit Menoch. p. 1. conf. 85. n. 28. & Anton. Peregrin. tr. de fideic. art. 51. ubi eo sensu etiam ex contractibus substitutiones oriri ait, & artic. 1. n. 11. & seqq. 3. Et aliàs vox substitutionis in dubio de directa accipitur. c. si pater. de testam. in 6. Menoch. 4. praesunt. 66. & p. 1. conf. 85. n. 38. & conf. 44. n. 5. & n. 14. nec moramur Oddum, qui hoc ideo fieri putat, quod directa heredi sit favorabilior. 4. Hinc si testator substituit, saltem de pupillari & vulgari quaeritur nec ul-

la pro-

duſ qui id Reciprocaꝝ imputat. 5. Et Egregius Papinianus in l. 39. §. heres. de ad-
min. tut. eum qui fideicommiſſo gravatus eſt, negat habuiſſe ſubſtitutum. 6. A-
deoq; ſi & fideicommiſſum & ſubſtitutionem meritus ſum, non uno ſed duplici
diverſiſſimo jure munitus ſum l. 6. §. Titius ad Trebell. Et ratio diverſitatis ſup-
petit. 7. Etenim jura civilia ſubſtitutum pro herede habent l. 1. h. t. Fideicom-
miſſarium v. nullatenus l. ſi heres. l. poſtulate ff. ad SC. Trebell. §. in primis J.
de fideic. hered. l. 5. §. 1. q. cum eo, Menoch. conſ. 85. n. 33. quod & Ant. Peregrinus
fateretur de fideic. art. 32. n. 80. 81. Unde in materia pœnali appellatione heredis, fi-
deicommiſſarium venire negat l. ſi antequam ff. ad Syllan. Ut nec in conditione
de dando heredi l. 44. §. cum hereditas ff. de condit. & demonſt. 8. Deinde ſub-
ſtitutio ſit in locum heredis deficientis l. 3. l. 69. de acquir. her. Gomez, to. 1. c. 3.
n. 33. Cum fideicommiſſarius non admittatur aliter, niſi heres non deficiat §. 1.
J. de fideic. hered. l. cogi. ad Trebell. 9. Deniq; aliàs hoc abſurdi ſequeretur ut
in codicillis quis poſſet heres fieri, cum in illis fideicommiſſum relinqui poſſit
§. ult. J. de Codicillis. Zaſ. in rubr. ff. h. t. n. ult. Ant. Fab. 15. conj. 14. Chiſlet. c. 5.
Nil ergo faciunt l. coheredi §. cum filia de vulg. & pupill. l. 57. §. 1. l. 67. ad Tre-
bell. l. 64. l. 77. §. volo, de legat. 3. l. eam quam, C. de fideic. l. 16. C. de pact. l. 19.
de teſtam. milit. l. 34. & leg. 1. l. 6. §. cum dotem C. de inſt. & ſubſt. ad quem textu
non ſine Imperatoris repræhenſione reſponderi poſſe putat Sfort. Odd. & c. quæ
nobis à Trentac. Odd. Polit. Cagnol. Cyrt. Petr. Gregor. Donell, & aliis obji-
ciuntur.

11. Variè autem vulgaris ſubſtitutionis formula concipi ſolet.

Uti apparet ex l. 1. l. 13. l. 36. l. 41. de vulg. & pupil. l. 24. l. 25. de hered. inſt.
Cujac. π. C. de inſtit. & ſubſt. Fumeus, de ſubſt. n. 15, 16. Duar. ff. h. t. c. 1. Rolan-
din. p. 1. flor. teſt. rub. 48. n. 1. Gomez. tom. 1. c. 3. n. 4, 5, 6.

*12. Non vero ſub hac: Si Titius heres non erit, reſtituat here-
ditatem Mævio.*

Putarem ineptam proſuſ ſubſtitutionem eſſe, nec ſubſtitutionis, nec fi-
deicommiſſi quoque nomen mereri, ſed nihil omnino importare propter l. ubi
pugnantia de R. J. Non n. ſubſtitutio eſſe poteſt, utpote quæ reſtitutionem non
admittit, cum directo jure ſubſtitutionis veniat hereditas ad ſubſtitutum l. 60.
de acquir. her. vel eo deficiente ad coheredẽ aut legitimos. Non fideicommiſſum,
utpote eum appoſita ſit conditio. Si non erit heres, quæ ab omni fideic. abhor-
ret. l. non juſtum C. ad SC. Trebell. Non itaq; actus debet ex eo incipere à quo
ſi eſſet inceptus deſineret. l. 21. ff. de uſufr. leg. l. pro parte. ff. de Servit. l. ſi ſub una.
§. 1. de V. O. l. exiſtimo. l. pluribus. §. 1. ff. eod. §. an ſervus. J. de legat. §. item cõ-
tra J. de inutil. ſtipul. Lancelot. §. vulg. c. 2. n. 9. Trentac. p. 1. c. 2. n. 2. Gomez.
to. 1. c. 3. n. 5. Zaſ. de ſubſt. p. ult. q. 1. Ant. Fab. dec. 33. et. 7. Claud. Chiſlet. c. 12.

*13. Et non ſaltem purè verum etiam ſub conditionibus variis
ex arbitrio teſtatoris ſubſtitutus vocari poteſt.*

Quamvis n. omnis ſubſtitutio per ſe videatur eſſe conditionata, attamen
quæ ejus conditiones intrinſecæ ſunt, quales ut maximè expreſſim in formam
conditionis adponantur, actum conditionatum efficere non dicuntur l. 22. §. 1.
l. 25. in fin. ff. quando dies legat. ced. l. 37. de V. O. l. 3. de leg. 1. Ant. Fab. dec. 26.

conditio conditionalem substitutionem omnino faciet, l. 99. de cond. & demōstr. Anton. Govean. ad l. 8. n. 2. ff. h. t. ut si Titius heres non erit, Mœvius si navis ex Asia venerit heres esto, vel. Si Titius mihi heres erit, etiam filio heres esto l. 8. §. 1. ff. h. t. Paulus 3. sent. 4. §. substituere.

14. Conditiones vero ista uti aliās ita & in substitutionibus nihil disponunt; adeoque filius in substitutionis conditione positus, si filius heres non erit Titius heres esto, pro instituto non habetur.

Ita enim contra Pegasum putat ab Aristone Pomponio & Arriano conclusum fuisse Chifleti. per l. 19. de her. inst. tex. l. si quis sub condit. 8. Si quis omīsa caus. testam. l. 16. in fin. de vulg. l. 28. de hered. inst. l. 82. eod. l. Lucius 88. eod. Unde inductum ut non sufficiat substituere sed nominatum heredem in primo gradu instituere opus sit, non n. institutio fictionem & suppletionem admittit si de ea non appareat §. imprimis J. de fideic. nec nuda voluntate sed verbis testamenta fiunt gl. in l. in fraudem §. 1. de testam. milit. fac. l. 2. §. prius ff. de vulg. & pup. l. 1. §. fin. eod. Wesemb p. 2. conf. 73. n. 9. Mirificè vero dissentientes falluntur per l. 41. in fin. h. t. l. Gallus. pr. de lib. & posth. l. 57. §. 1. ad Treb. & l. 3. §. si libertus de bon. libert. dum præsupponenda omittunt, & verba compendii causa omīssa non animadvertunt. Chiflet. de subst. c. 12. & de jure fideic. c. 14. Ant. Fab. dec. 26. cr. 5.

15. Hinc heredem instituto & ei si sine liberis decesserit substituto dato, à liberis substitutus excluditur quidem, sed non inde statim liberos ex testamento vocari consequens est.

Thessaur. decis. 96. Mant. de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 2. Trentac. de subst. p. 4. c. 11. n. 20. Jul. Clar. 3. sent. §. testamentum. q. 75. & 79. Claud. Chiflet. de jure fideic. c. 14. Rol. Vall. conf. 51. n. 3. Comm. Dd. in l. ex facto. §. ex facto ff. ad Trebell. Fachin. 4. contr. 51. A. Peregr. de fideic. art. 28. Ant. Fab. dec. 26. cr. 1. 2. 3. 4. & c. Paul. Paris. p. 2. conf. 77. per tot. Gomez. 1. resol. 3. n. 23. Neq; enim verbis conditionalibus sed legalibus & imperativis heredum institutiones concipiuntur. l. 1. §. ult. de her. inst. l. 3. de lib. & posth. & conditio nil ponit in esse l. 1. §. item. si ita. l. 30. §. tamen. ad l. Falcid. adeoque nec legatum taliter dari potest. l. 8. si quis omīss. & pro præterito habetur, qui in conditione ponitur l. 16. h. t. Unde in consilio Galli de nepote posthumo instituendo non sufficit filium poni in conditione ista, si filius vivo me morietur sed disertè instituendus est l. Gallus §. in omnibus ff. de lib. & posth. ut recte adnotavit Gomez. & explicatum dedit Ant. Fab. 9. conj. 10. & 10. conj. 2. & 10. conj. 13. Govean. ad l. Gallus. n. 25. de lib. & post. Nec moramur verba in l. Lucius 85. de her. inst. ibi prudens consilium: Neq; enim hoc necessario dispositionem inducit cum in l. 82. eod. rit. de tali consilio quoq; appareat nec tamē institutionem inducat: Sufficiat, q̄ per hoc consilium legitimis legitima successio reservata sit, arg. l. 8. §. 1. de jur. codicill. Nec tanti facimus quod testator non saltem institutum sed & ejus liberos præterit substitutis: non enim sequitur ut eodem modo utrumq; fecerit, sufficit effectus exclusionis, qui non præsupponit eandem formam successionis. d. l. 8. §. 1. de codicill. Et hoc saltē in habilibus terminis ut in specie d. l.

Lucius

tionem, verum propter legem utpote fratris sui, quæ successio non a testatore sed à jure datur. Cæterum si ab extraneo talis substitutio fiat, nec ex testamento nec ab intestato liberis in conditione positus successio patebit: Non ab intestato, nullum enim jus sanguinis subest. Ex testamento tamen eos admitti tentant Menoch. de præsumt. lib. 4. præf. 76. Chiffet. d. c. 14. Cujac. consult. 50. fideicommissum inde extorquentes: Tum quia magis dilecti dicuntur quam substitutus, quod tamen negarim: Tum quod ex voluntatis conjectura quæcunq; fideicommissa debentur l. 67. §. ult. l. 64. de leg. 2. l. 74. ad SC. Trebell. præsertim ubi consilium testantis apparet l. 11. §. hæc verba. de leg. 3. Tunc nam quasi per obliquum si non vocati tamen invitati censentur l. 69. §. fratre. l. 77. §. fidei heredum. de leg. 2. l. 76. §. pater. eod. Quod tamen hic vix admiserim, non propterea ut quidam volunt, quod ibi fideicommissum extinctum sit propter mortem fiduciarii ante aditam hereditatem l. 13. §. 1. l. 27. §. quoties. ad SC. Trebell. posset enim sustineri per substitutum l. 4. C. ad Trebell. l. 61. §. 1. de leg. 2. sed quod & voluntatis conjectura, & legis interpretatio, & verba precaria nos deficiant, absq; quib; fideicommissum in testamento nõ inducitur, l. 38. §. pen. de leg. 3. l. 68 §. 1. eod. l. 32. pr. de usufr. leg. l. 34. pr. & §. Gaius de leg. 2. l. 11. §. si ita de leg. 3. l. 77. §. mando de leg. 2. nisi speciale principis rescriptum adsit, l. 67. in fin. de leg. 2. q; ad consequentias in conjecturis non est trahendum. l. 14. de ll. In dubio v. fideicommissum tanquam res onerosa non præsumitur l. cohæredi §. cum filia de vulg. & pupil. & quod non apparet ex testamento id non admittatur l. si fuerit ff. de reb. dubiis. Roland. à Vall. p. 4. conf. 34. n. 1. 2. Menoch. p. 1. conf. 87. n. 48. 50. Et alienum prorsus videtur hic quærere de successione liberorum, cum potius respiciamus conditionem ipsam quam liberos in conditione positos: Sufficiat quod substitutus per eorum existentiam excludatur, nec refert an ij ad successionem vel patris vel testatoris perveniant l. 114. §. cum erit de leg. 1. Perinde enim est vel ita testator substituat, si navis ex Asia venerit, vel ita, si institutus sine liberis decedat, ut exemplificat Oldradus conf. 21. quem refert & sequitur Anton. Fab. dec. 26. er. 9. Neque enim liberi propter seipso videri debent in conditione positi, sed propter patrem gravatum, quem eo casu testator onus hoc sustinere voluit propter solum defectum illius conditionis, sub qua substitutus vocabatur: Et contraria sententia posita sequeretur, ut pater ipsis propriis liberis teneretur restituere, & sic inductum in favorem patris operaretur eius odium. Quod argumentum Anton. Peregrin. de suo præceptore D. Forniello gloriatur. Et sic utroque casu tam existentium quam non existentium liberorum pater successione privabitur, quod menti testatoris non convenit Johan. Dilect. de art. test. tit. 6. caute 36.

16. Potissimum contipi substitutio vulgaris solet in conditionem, si primo gradu institutus non erit heres: sub qua & voluntatis & potestatis casus continetur: Uno tamen expresso alter cessare videtur.

Qui

de no. & postu. præstitum cum non ante & non post ante tanquam opposita se invicem continere non possint l. 4. de adq. hered. ne is qui voluntatem defuncti allegare debet, eam adversum se habeat l. 101. l. 96. de cond. & dem. Adde quod substitutiones strictè interpretanda Menoch. p. 1. conf. 85. n. 37 & conf. 97. n. 91. Quæ ratione nec pupillariter ad 10. annum substitutus ultra admittendus erit l. 21. l. 43. §. 1. ff. de vulg. & pup. l. 2. §. si primus ff. de bon. pos. sec. tabb. Neq; n. ex conjecturis sed per verba expressa testatoris animum explicantia heredes inducuntur. Quod & in legatis usuenit, ubi is qui amittit legatum si nolit tutelam administrare non amittit si non potest l. 76. §. 6. de leg. 2. l. 8. C. de legatis. Mantic. de conj. ult. vol. lib. 5. tit. 1 n. 3. Duar. h. r. c. 9. Anton. Fab. dec. 33. et. 5. Fachin. 4. contr. 61. Polit. de vulg. n. 101. &c. Chiffet. c. 11.

17. Duplex vero habetur vulgaris, Expressa & Tacita.

Hanc ex variis conjecturis præsumunt Dd. ut l. 24. l. 25. & her. inst. l. 27. l. 41. pr. de vulg. §. sed si instituto. J. de vulg. Donell. 6. Com. 24. Menoch 4. præfunt. 43. & 53. Chiffet. d. c. 11. Cujac. consulti. 46.

18. Potissima vulgaris tacita est quæ ex pupillari expressa oritur.

l. 4. ff. de vulg. & pup. Et non sine ratione. Etenim si illa conjecturata voluntatis extensio in vulgari expressa admittitur ad pupillarem tacitam, Quidni etiam in pupillari expressa: Siquidem in vulgari expressa substitutus saltem ad hereditatem testatoris vocatur, At in pupillari expressa tam ad patris quam ad filii l. ult. C. de her. inst. l. 7. §. ult. de acquir. her. Quare si pater voluit substitutum utriq; heredem esse, quidni voluetit etiam sibi: Aut si voluit ut filius haberet heredem, multo magis ut ipse, Id n. negotii agit testando. Donel. ad l. 2. n. 2. &c. C. de impub. D. aliis. & 6. Com. 24. Vincent. Cabot. 2. disp. 18. Quintil. lib. 7. inst. c. 7. Rol. à Vall. vol. 4. conf. 34. n. 43. Et non debet in sola impuberis filii voluntate esse per suam abstentionem patrem intestatum facere Guil. Onciac. Acad. quæst. 4. n. 3. Roland. de testam. p. 1. rubr. 23 per tot. Menoch. 4. præf. 43. & præf. 65. & conf. 326. ubi illud ex Cicerone exemplum refert de Manio Curio, quem M. Coponius ita substituerat: Si postumus moriatur antequam in suam tutelam perveniat: Posthumo non nato Manius Curius ex tacita vulgari admittivolebat adfistente L. Crasso. Et fundamentum non leve suppeditat Javolenus in l. patetfa. in pr. de privil. cred. ubi rationes excutiuntur quæ p. pupillariter substituto ex tacita vulgari ad hereditatem patris vocato faciunt. Cui tamen opinioni per multa præsupposita contradicunt Politus de pupill. subst. n. 39. Vigl. ad §. 1. n. 2. J. de pup. subst. Ant. Fab. dec. 32. et. 9. &c.

19. Cui consequens est ut pupillariter substitutus pupillo abstinate possit ad patris hereditatem venire.

Neq; enim ad effectum pupillaris substitutionis necessario requiritur, ut filius cum effectum sit heres siquidem & exheredato substitui ita potest §. 4. J. de pupil. l. 2. pr. ff. h. r. Et sola existentia sui heredis confirmat tabulas pupillares & facit impleri conditionem, si heres erit. l. patetfam. ff. de privil. credit l. 12. de vulg. l. 41. de acquir. her. Tunc itaq; ex tacita vulgari venire potest substitutus ut tanto minus etiam de secundarum tabularum valore dubitetur l. 2. §. 1. & 2. h. r.

l. 11.

ob principium negatum, oportet displicet Fabro. deead. 33. et. 4. 1. Tum quod saltem impubes dicatur heredem ex pupillari habere posse in l. 42. pr. de acquir. her. Sed subjecta materia consequentiam tollit, per verba: metu enim onerum patris &c. quæ in vanum adposita essent si substitutus prorsus non admitteretur. 2. Tum quod saus etiam abstinens adhuc pro herede habeatur. l. 30. §. sed et si. ff. de fideic. libert. l. 1. §. qui sunt ff. si quis omis. Sed recte Sfort. Oddus prælud. p. 2. q. 6. n. 9. hunc fictum heredem quoad conditionem substitutionis tacitæ vulgaris pro herede nunquam haberi ut apparet in minore adeunte & iterum restituto l. 44. de rejud. l. 2. §. 3. de vulg. & pup. l. 61. de acquir. her. & in suo impubere se immiscente & iterum abstento. Non enim talis est heres qualem pater esse voluit l. 19. pr. & §. 2. de cond. & dem. Lancell. de vulg. n. 32. Don. 6. Com. 24. Alias certe nunquam filiofam. vulgariter substitui posset, semper n. per nudam existentiam eluderet & excluderet substitutum, quod absurdum nunquam Ant. Fab. evitare potest. Passager. de rest. rub. 23. n. 39. Govean. ad h. t. n. 41. 3. Tum per l. ro. de lib. & posth. quæ eliditur per l. 4. h. t. 4. Tum quod in formula pupillaris nulla adsit conditio l. 8. pr. h. t. Non tamen attendit id quod per vim legis inde dependet. Alias idem de vulgari expressa (quæ & ipsa perfectam conditionem non habet ut in th. 13.) ad eludendam tacitam pupillarem dicere possumus. 5. Tum deniq; quia ideo tacita vulgaris à Dd. effecta fuit, ut per eam patris hereditate adita pupillares tabulæ firmentur, quo tamen non opus est cum per sui heredis nudam existentiam confirmantur. Quod eadem facilitate qua dicitur, etiam negatur.

20. *Cujus principij & hoc consecrarium est, ut maximè impubes vivo patre moriatur substitutum tamen adhuc ex tacita vulgari admitti.*

Nam illa vulgaris tacita inducta est à lege cum omnib. qualitatibus quas haberet alias si expressa fuisset, adeoq; in vim expressæ vires suas post mortem testatoris exerceret, Hic n. finis substitutionum est ut ab illis in defectu institutorum vires suas testamentum habeat Chiflet. de subst. c. 14. Fachin. 4. contr. 67. Neq; hic expresso vitiatò statim vitabitur esse tacitum posteaquam non in vim accessionis sed ut æquè principaliter per legem inductum est arg. l. 1 §. 1. quib. mod. pign. solv. & sicut per legem inducitur, ita per eandem quoq; sustinetur. Idq; tanto fortius procedet cum videamus idem obtingere in pupillari tacita, quæ sustinetur, ut maximè vulgaris expressa per aditionem aut immixtionem sit perempta l. 12. de vulg. l. 42. de acquir. her. Trentac. p. 1. c. 10. n. 18. Sfort. Odd. prælud. p. 2. q. 5. n. 14. Gomez. 1. rosol. 3. n. 30. Resistit Fab. dec. 33. et. 2. quod nihil valeat ex tabulis pupillaribus si pupillus præmoriatur l. 28. h. t. l. 10. l. 11. ff. de captivis. Intellige quatenus sunt tales non quatenus per eas aliud legibus inductum. Quod ipsum & l. 44. h. t. sufficiat. Obstrepit, quod pupillares tabulæ sint testamentum filii: quod nihil ferit. Iterum: Atqui inquit substitutio directa in casum utilem non debet valere in casu inutili. Sed si perpendisset habiles & utiles terminos præsupponendos, non ita conclusisset. Tandem cum communi Dd. opinione in l. 3. C. de inoff. testam. putat, testatori imputandum, qui post mortem impuberis non alium substitutum sibi fecerit, Passager. d. rub. 23. n. 26. & 42. Sed non opus esse

21. *Expressa vulgaris regulariter hac accipitur formula: Si institutus non erit heres: In qua interpretanda qualitas personae instituti inspicitur.*

l. 35 pr. l. 80. §. 1. de acq. her. quod & in Institutione usu venit l. 3. C. her. inst. disp. pr. excel. th. 9. Hotcom. ad §. ult. J. de vulgari.

22. *Et quidem in seruo alieno quem patremf. arbitratus est testator, conditio illa ob ambiguum voluntatem inducit divisionem hereditatis inter seruum illius Dominum & Substitutum.*

§. ult. J. de vulg. l. 45 ff. de her. inst. (ubi specialem notant casum concursus Instituti & Substituti, cum hic per illum regulariter excludatur l. 69 de acq. her. Cum n. hoc dabitur quid testator senserit aut disponere voluerit per verba, si heres non erit, si conditionem instituti scripsisset. Siquidem & pro Domino & Substituto non leuia militent iura: Quare medium inductum est ut fieret divisio in partes viriles d. l. 40. pr. Nec obitant legis verba ultima, quae de alio, non hoc nostro loquantur casu, Cum tres distinctae species ibi decidantur 1. De seruo quem testator liberum putabat. 2. De seruo quem seruum esse sciebat. 3. De libero qui post mortem testatoris in servitutem redactus est Marc. Lyclama §. membr. 15. Claud. Chifflet. de subst. c. 12. Non v. praesupponimus alium serui instituti cohæredem ut facit. Horro. nec correctionem admittimus uti somniarunt Cujac. Polit. Ant. Fab. Vulteijs &c.

23. *In Filiofamilias per extraneum instituto vulgaris substitutionis conditio etiam personam patris comprehendit, adeoque substitutum excludet pater.*

Non u. filiusfam. aliter quam consentiente & iubente patre potest adire & patrem heredem facere l. 6. l. 25 §. iustum & seqq. l. 92. de acq. her. Ergo etiam non nisi consensu eius poterit locum facere substituto. Uti & e contrario pater hereditatem filiofam. delatam repudiando nihil agit l. 13. §. ult. d. t. Et, quavis filiusfam. primum repudiavit, at tamen iterum cogi potest adire, cum non sit novum, contra proprium venire factum in iis quae alieni & non proprii compendii causa fuerit. §. si tutor. J. de inoff. test. l. adversus. §. 1. ff. eod. Adde quod verba conditionis vulgaris (si non erit heres) tam personam filij quam patris spectant. l. 40. de her. inst. & filio instituto pater etiam invito filio admittitur perinde ac si esset institutus l. ult. §. 1. C. de bon. quæ lib. id quod ideo factum & sancitum putatur ut fieret compensatio patriæ potestatis per novas leges paulatim immutatae ut patet ex tota adventitorum & quasi castrensum materia. Imo nec id invito testatore fiet, cum ideo substitutus sit postpositus ut filius esset heres, id quod fit etiam tum, quando pater est heres l. 50. §. 1. de bon. libert. l. ult. C. de impub. & alijs subst. Juvat quod patri in casu filij instituti, plus sit concessum quam transmissario, Ille enim etiam post repudiationem a filio factam admittitur, quod non est in hoc l. un. C. de his qui ante apert. tabb. & de transmissario nunquam dicitur quod perinde habeatur ac si esset institutus. Atqui
Transmis

c.10. Don. 6. Com. 24. Polit. de vulg. n. 46. & 59. Fachin 4. cont. 63. Petr. Gregor. Tol. lib. 45. syntag. c. 15. Passager p. 1. flor. inst. rub. 23. n. 19. Guil. Onciac. quæst. acad. n. 5. Aut. Fab. dec. 33. et. 7. Dis. Govean. ad h. t. n. 22.

24. *De transmissario quaesitum est an & is sub conditione, si heres non erit, ad substitutum excludendum concipi intelligatur.*

Triplices vero potissimum habentur Transmissarij ut Trentac. p. 1. c. 5. Anton. Fab. dec. 34. et. 4. & c. Onciac. Acad. quæst. 8. observarunt, vel 1. jure civitatis l. 8. C. de suis & legitim. l. 3. C. de jur. delib. vel 2. jure sanguinis ex constitutione Theodosij in l. un. C. de his qui ante apert. tabb. vel 3. jure deliberandi l. 19. C. de jur. delib.

25. *De Transmissario ex jure civitatis nullum est dubium quin preferatur substituto.*

Apertè enim Justin. in l. un. §. 13. C. de caduc. toll. nominatim eas personas, ad quas hereditas non adita transmittitur, præfert substituto. Idque rationem juris civilis evidentem habet: Etenim sui si nec se immiscuerunt nec absentia sunt, semper pro heredibus habentur d. l. 8. C. de suis & legat. l. 1. C. si ut se ab her. abstin. etiam jure prætorio l. 2. §. si quis ex liberis. ff. ad SC. Terryll. Neque sufficit quod possint se abstinere, si re ipsa se non abstineant l. 12. ff. de interrog. in jur. fac. Hinc nepos, cujus pater se non abstinuit nec immiscuit, etiam avitis & creditorib. tenetur nisi se abstineat l. 7. §. 1. de adq. her. Itaq; si sui ita moriantur transmittunt hereditatē nō ut adquirendā sed ut acquisitā l. 9. §. ult. de reb. dub. l. 84. de adq. her. l. 11. in fi. l. 12. l. 13. de test. mil. l. 19. §. 1. de castr. pec. adeoq; deficiet cōditio substitutionis. Vinc. Cab. 2. disp. 23. Joh. Pyrrhus. tract. de civitate n. 1. q. jus postea etiā lati⁹ extensū est in l. 6. C. de inst. & subst. Menoch 4. præsumt. 59. Eiusdem valoris erit transmissio ex l. si infanti 12. C. de jur. delib.

26. *Idem & de Transmissario Theodosiano dicendum.*

Nā & hic par ratio in l. un. C. de his qui ante apert. ubi hoc ipsū Impp. propositū est agere, ut hereditas nō adita quoad transmittendū habeatur pro adquisita, quod adparet ex subjecta ratione, ne sic nepotes & reliqui descendentes ob fortuitas causas avita successione fraudentur & extraneis veluti substitutis postponantur. Accedit quod manifestissime Justin. in l. un. §. 5. C. de caduc. toll. personas in Theodosiana constitutione expressas quod transmissioem suis heredibus confert ut recte observavit Gomez. tom. 1. resol. cap. 9. nu. 50. Neque hic substitutis jus auferatur: Siquidem potius impeditur jus adquirendum quam adquisitum tollitur, id quod facilis per Impp. fieri potuit per ea quæ iraduntur ab Interpp. in §. eadem lege Instir. quib. ex caus. n. an. non lic. Johan. Pyrrhus. d. tract. n. 16. Chiffet. de subst. c. 13.

27. *Aliud in Transmissario juris deliberandi dicendum, quod substitutum non excludit, sed ab eo excluditur.*

lib. in mentem venit jus substituto de proximo adquirendum impedire vel jam
adquisitum tollere & ut colligit Ant. Fab. dum Imp. promiscuè de hereditate
testamentaria & legitima loquitur, innuit se non alio casu favere testamentario
heredi quam legitimo: Atqui hoc casu nullus adest substitutus ergo etiam ille
casus tunc existere intelligitur cum nullus adest substitutus. Ut ita Justiniani
constitutio tunc verificari dicatur, quando nihil intermedium adest, quod im-
pediret hoc inter Transmittentem & Transmissarium. Juvat quod Transmis-
sarius per jus deliberandi non dicitur à defuncto adquisitionem hereditatem acci-
pere sed de novo acquirere d. l. 19. in fin. ibi: adeundum & ibi: pro adeunda he-
reditate &c. Et tunc certe jus substituti longe anteverit jus Transmissarii: Cum
ille ad hoc vivo instituto (hoc est in ipso mortis instanti quod vitæ adnumeratur
l. 18. §. 1. & manum test. l. ult. & cond. instit.) cæperit jus habere, jam tum enim
certum erat hereditatem non esse aditam sed exitisse conditionem substitutio-
nis, Adeoq; transmissarius jam tum cæpit excludi, cum jus adeundi etiam vivo
instituto desit competere. Non ergo quem turbet quod in d. l. 19. Imp. id jus
transmittendi quod Suis heredibus competabat (competabat autem cum he-
reditate non ut acquirenda sed ut acquisita l. 7. §. 1. de acquir. her.) in omnes ex-
traneos protelet: Nam protelavit equidem sed non eodem modo: Aliàs extra-
neis jus suitatis concessisset quod est absolum. Et quod hoc de mente Justinia-
ni sit, patet ex posteriore. Constitutione in l. un. C. de caduc. toll. 1. in §. 5. dum
opponit transmissionem hereditatis quæ fit jure suitatis & sanguinis ex consti-
tutione Theodosiana, & transmissione juris deliberandi. 2. in §. 13. ubi adhuc
Regulam illam (hereditas non adita non transmittitur) sartam & tectam con-
servat cum suis exceptionibus, quod tamen nunquam fieret si contrariæ sen-
tentia adstipularemur, tunc enim talis Regula esset ponenda: Hereditas etiam
non adita transmittitur ad quosvis etiam extraneos. Quod absit. Magno nu-
mero hic Dd. contradicunt. Fachin. 4. contr. §. 2. Angel. tract. de Suitate. q. 10.
n. 16, Lancell. de vulg. n. 82. Chiflet. c. 13. Roland. p. 1. rub. 23. n. 15. Dilect. de art.
test. tit. 5. caut. 1. &c.

*28. Et quia testator substituendo in omnem casum heredis non
adeuntis sibi cavere voluit, utiq; etiam eo casu substitutus ex vo-
luntate testatoris veniet, quo institutus adversus aditionem resti-
tutus est.*

arg. l. 44 ff. de re jud. junct. l. 57. de acquir. her. Restitutionis n. vis illa est ut
omnia in pristinum reponat casum l. q. si minor. §. restitutio ff. de Minorib. Et
quod juris est coheredi respectu legitimorum non extante substituto, idem juris
est substituto respectu coheredum & legitimorum. At cohæres præfertur legi-
timis, si is qui suam portionem agnoverat, restituatur l. pen. de acquir. her. Er-
go &c. Huc faciunt, l. 1. §. si quis adita l. 2. §. si bonorū ff. ad Tertull. l. 2. §. interdū.
l. 38. §. 1. de vulg. & pup. Nil facit quod is qui semel exitit heres, non possit defi-
nere esse heres l. quod contra de R. J. Hoc n. ad juris civilis rationem confert,
non v. impedit substitutum prætorias actiones exercere l. 6. §. 2. & 3. de bon. liber.
l. 2. §. interdum de vulg. & pup. l. 63. §. si dandæ. ad Trebell. l. 1. §. qui sunt in po-
testate.

impetrat l. 7. §. sed quod Papin. de Minorib. Sfort. Odd. in prælud. p. 2. q. 6. n. 9. Donell. ad l. 7. n. 17. C. de impub. & al. & 6. Com. 24. Ant. Fab. 2. conj. 4. Diss. Cujac. ad d. §. sed quod Papin. Trentac. p. 1. c. 18. Duar. h. t. c. 10. Govean. ad l. 2. §. n. 7. ff. h. t. & ad h. t. n. 40.

29. *Imo & tunc pro substituto jus militat si saltem spes restitutionis subsit ex parte heredum Minoris post repudiationem decessentis.*

Jam enim extitit substitutionis conditio. Si non erit heres, l. 60. de adq. her. ubi Chiff. c. 13. ponderat verbū, continuo. Et hereditas non adita non transmittitur nisi in casib. in specie exceptis l. unic. C. de Caduc. toll. q. ipsū in specie l. 18. C. de jur. delib. usu venit, ubi tamen si tutor infantis nomine hereditatē neglexerit & tamē post mortē infantis perinde habetur ac si infans omnino non esset institut^o adeoq; nec ejus heredib. subvenietur per in integrū institutionē. Nec obstat q. Restitutio etiam heredib. Minoris competeat l. 6. de restit. in integ. l. 18. §. ult. l. 19. ff. de minorib. Id n. fit ex persona minoris, si & ipse restitui potuit aut voluit, de quo in præsentia non constat, adeoq; heredib. non plus juris competet quam ipsi Minori si viveret cum & aliās parcius heredib. quam ipsi Minori subveniatur l. 24. §. Scævola. de Minorib. In genere vero nuda spes restitutionis ex parte heredum minoris vix est suspensiva juris substituti cum extraordinem concedatur l. 4. §. 1. de fideic. libert. adeoq; non nisi post impetrationē operatur. l. 82. de leg. 1. l. 17. de injusto nupto. Duar. h. t. c. 10. Trentac. p. 1. c. 4. n. 2. Ant. Fab. 14. conf. 1. & dec. 34. er. 8.

30. *Sed & tum, quando institutus Monachus post repudiationem decessit, Monasterio substitutus præfertur.*

Monasteriū n. mediante Monacho acquirit l. Deo nobis C. de Episc. & Clero. ita tamē ut Monachus institut^o tale quid egerit per quod adquiri hereditas solet l. 13. de condit. inst. Neq. n. institutus ex institutione statim censetur locupletior antequam adeat l. 63. ad l. Falc. nec hereditas in bonis ejus antea est adeoq; nec in bonis Monasterij. Absurdum siquidē esset ut Monachus facilius faceret Monasterium heredem quam ipse heres fieri posset si sui juris esset. Sic servo instituto hereditas non nisi eo adente acquiritur Domino. l. 3. C. de her. inst. l. is qui heres. de adq. her. est n. jus personale, posse adire & cohæret medullitus personæ instituti, nec ab ea avelli potest l. 5. G. de jur. delib. l. 18. l. 6. de adq. her. l. 13. §. ult. eod. qualia jura non solent immediatē transire §. pen. Jas. de stipul. sero. l. necessario. §. pen. ff. de peric. & com. rei vend. l. usufructu. ff. solut. matrim. Et cum per factum expediatur, sunt integra personæ ut filii & servi d. l. 3. C. de her. inst. ita & Monachi ita ut hic etiam Prælato imperanti possit non parere & coact^{us} fallens hereditatem Monasterio non acquirere l. 6. §. ult. de adq. her. Politus de vulg. n. 54. Sfort. Odd. prælud. p. 2. q. 4. n. 5. Duar. h. t. c. 10. Anton. Peregr. de fideic. art. 28. n. 76. Chiffet. de subst. c. 9. Govean. ad h. t. n. 21.

31. *Non tamen Fisco, si institutus post actionem indignum se fecerit.*

B §

Non

pub. & in m. d. t. quia cum effectu plenissimo hereditas in primo isto herede indigno consistebat ita ut etiam ab intestato habiles termini non adsint ut Edicto successorio locus fieret. Imo si testator ita pupillariter substituerit: Quisquis mihi heres erit. &c. *Uin* l. 8. ff. de vulg. attamen illi indigno locum esse putarim per l. 43. in fin. ff. eod. l. 88. de her. inst. Non n. per hoc fiscus fit heres l. 51. §. ult. de fideiuss. l. 14. in fin. de novat. Ant. Fab. dec. 38. et 9. Nec hic distingvendum an adita sit hereditas an vero non: Non n. aliter de indigno quæri potest quam si adierit; neq; n. si repudiavit, cogetur necem defuncti vindicare adeoq; nec indignus dici; Imo si ante aditionem talis moriatur, non fitco sed heredi bus hereditas cedit adeoq; etiam substitutis si adsint l. ult. Quib; ut indign. Roland. p. 1. rub. 23. n. 21. Politus n. 73. Trentac. p. 1. c. 8. Fachin. 4. contr. 64.

32. Ut nec Fideicommissario si cum eo concurrat ut maxime institutus repudiaverit.

Nam institutus semper magis dilectus est quam substitutus l. Publius in fi. de cond. & dem. l. ult. C. de V. S. l. 85. de her. inst. l. cum ita. §. in fideic. ff. de leg. 2. Menoch. 4. præsumt. 16. n. 3. Sed fideicommissarius antepositus fuit instituto gravato. Quidni multo magis substituto? Et cum de jure concessum sit fideicommissario, ut cogere possit fiduciarium ad adendum t. r. ad SC. Treb. utiq; testator qui jura scire præsumitur, huic fideicommissarii beneficio se applicare voluisse & hoc jus ipsi integrum reservasse intelligitur l. nemo potest de leg. 1. Accedit textus l. 63. §. Julianus ff. ad SC. Treb. & l. 4. C. eodem Gomez. to. 1. c. 3. n. 8.

33. Effectibus hiscæ vulgaris substitutionis male etiam hic adnumeratur quod per eam sinitas filiorumfam. tollatur.

Alias nunquam vulgaris expressa contineret tacitam pupillarem: Fit n. hæc non nisi suo l. 2. pr. l. 41. §. 2. h. t. Suitate autem per vulgarem sublata jam deficerent habiles termini in pupillo, quod falsum l. 4. ff. h. t. l. 4. C. de impub. & al. Deinde nec pupillaris possit continere vulgarem (quod ad minimum aliquo in casu concedit hujus sententia impugnator maximus Ant. Fab. decis. 32. et 9. ut d. l. 4. §. h. t. hoc itaq; casu & §. & tamen per illam pupillus non desinit esse Suus l. 12. ff. h. t. l. 42. de acquir. her. adeoq; nec per hanc. Accedit quod impubes habens vulgarem substitutum adhuc dicatur existere heres, l. 10. de vulg. & pup. imo etiam post immixtionem adhuc jus abstinendi integrum habet l. 44. de re judic. id quod Suitatis est proprium in impuberibus l. 11. §. 7. de acquir. her. quod tamen nunquam fieret si factus esset extraneus l. 86. de her. instit. Hinc & hoc principiatum deducitur, ut Suus habens vulgarem substitutum etiam tacendo possit heres fieri & excludere substitutum, quod fit in casu l. Lucius 15. h. t. id quod suorum est l. 1. C. de jur. delib. ut supr. thes. 5. Quæ omnia ex voluntate Testatoris fundantur, qui substituendo saltem sibi de herede prospicere & caducum evitare non v. filio damnosus esse voluit l. nihil interest §. 1. de bon. libert. l. 3. de test. milit. neq; etiam suo juri renunciare in habendo suo herede, id quod favorem eius spectat. In contrarium communiter eunt Doctores ut ap. Fachin. 4. cont. 71. Trentac. p. 1. c. 13. n. 8. & c. 14. Angel. de Suit. q. 10. n. 22. Dilect. de art.

109. & 1. 80. §. 1. de her. int. Cur argumento tripliciter subvenitur. 1. distinguendo inter id q̄ tacitè continetur & id q̄ exprimitur per l. 65. de leg. 1. 2. diversū esse an verba dirigantur ad ipsum institutum q̄ sit in dd. ll. an v. ad substitutū in modū conditionis quæ nihil disponit, q̄ obtingit in vulgari substitutione. per tradita in thes. 15. neq; n. institutioni quæ per se stat, per substitutionem ex accidenti supervenientem aliqua in ea derogabitur. 3. ut maximè etiā in institutione verba si voluerit, ponantur non tamen suavitatem tollunt sed saltē necessitatē adeundi remittunt A. Fab. dec. 31. et 8. id quod apparet ex d. l. 36. §. 1. si paulo accuratius. verborum oppositiones primemur. Nec hūc facit l. 16. de liberis & posth. de qua Cuj. tract. 1. ad Afric. & 3. obs. 21. Corraf 1. miscel. 2. A. Fab. 1. conj. 10. & decad. 23. et 8. Trentac. p. 1. c. 14. n. 1. Chiflet. cap. ult. Cætera juris ratio expediet.

34. Jus tamen ad crescendi per substitutionem expirat.

Ita Sfort. Odd. p. 2. q. 6. n. 6. Duar. hic c. 10. Gomez to. 1. c. 3. n. 26. Lancellos. de vulg. n. 12. & per l. 2. §. si duo ff. de bon. poss. sec. tabb. Auth. Hoc amplius C. de fideicom. l. un. §. in primo & §. pro secundo. C. de caduc. toll. l. ult. C. de her. inst. Legibus enim jus ad crescendi inductum est, ne testator pro parte, intestatus decederet, id quod non metuendum existente substituto, tunc n. portio non vacat ad quam cohæres debeat admitti; Non v. ex voluntate testatoris ut vult Menoch. 4. præsumt. 86. in si. si quidem & invito & prohibente eo obtinet, & in testamentis militum in quibus voluntas maximè dominatur l. 1. & t. de testam. milit. omnino cessat l. si duobus. d. t. Valet itaq; hic Regula provisio hominis tollit provisionem legis. Nil officit l. 30. h. t. ibi n. deficit conditio substitutionis ita ut non immerito cohæres jure accrescendi potior sit, Duar. lib. 2. de jur. accr. c. 16. Nil etiam l. 80. de adquir. her. ubi nullus adest cohæres, adeoq; deficiunt habiles termini ad constitutionem nostram applicandam Go-vean. ad l. 48. pr. h. t.

35. Specialiter hic excipiunt casum l. ult. C. de instit. & substit.

Ubi varix à Dnstorib. specialitatis rationes excogitantur. Veluti 1. Quia nō est vulgaris in generalē casū si nō erit heres, sed in specialē, si posthum⁹ nō nascetur, concepta, Absolutū v. est eam de casu in casum extendere, cum casus à testatore omissus non debeat haberi p̄ expresso. l. 21. in fin. de vulg. 2. Vulgaris expressa tacitam pupillarē non cōtinet si testatoris voluntas diversum suadeat l. 4. ff. h. t. Hic v. maximè illam voluntatis quæstionem esse Imp. ait, unde ex variis conjecturis tandem concludit, ut apparet ex verbis. in hac specie, in huiusmodi casu &c. 3. Si testator voluit matrem sibi heredem esse, multo magis in bonis filii, cæteris paribus, eam admittere voluit si is natus & postea subtractus fuisset 4. Quia ille posthumus natus statim existit heres & transmittit in matrem iure suavitatis absq; ulla immixtione l. 8. C. de suis & legit. 5. Et hic non una & sola ratio sufficit, quod mater sit in medio, ad hoc ut excludatur substitutus, sed plura conjunctim posita hoc evincunt. Ut quia mater erat cohæres, Quia substitutus erat in certū casū vocatus, Quia postumus erat natus. Unde in fine subjicitur, q̄ postumo nō nato substitutus admittatur igitur posthumo nato sed matre ante eū defuncta, similiter ei loc⁹ fiat: His coniunctis sumtis fiat Regula: Quæ tamen nō faciet quo min⁹ præcedens positio sustineatur cum mater substitutū excludat ab intestato succedendo nō vero iure accrescendi. Don ad d. l. ult. A. Fab. 15. conj. 9. & dec. 33. et 5. Lanc. de vulg. n. 109. Menoch. 4. præsumt. 37. 36. In

accrescendi & substitutionis concurrat.

l. 35. in pr. l. qui patri §. 1. l. 80. pr. de acquir. her. l. 5. in fin. l. 23. de vulg. & pup. duplex tamen hoc jus ad heredes non devoluit l. 9. de suis & legit. l. 81. de acquir. her. (in qua nil corrigendum puto ut facit Ant. Fab. 15. conj. 20.) Duar. ad tit. de acquir. her. c. ult. Guil. Onciac. acad. quæst. 12. Chiflet. c. 9. Govean. ad l. 8. n. 2. ff. h. t.

37. Et pluribus copulativè & conjunctim institutis si substitutus datus sit, jus accrescendi substitutionis jure potius erit.

Ad veritatem enim copulativæ requiritur ut omnes eius partes verificentur l. si is qui ducenta ff. de rebus dubiis. Ergo non nisi omnibus non aduentibus substituto locus erit l. 10. C. de impub. & aliis l. 87. §. Seja. de leg. 2. Est n. in arbitrio Testatoris sub conditione juris accrescendi substitutum vocare quod hic fecisse videtur arg. l. 30. de vulg. & pup. & ita plures heredes pro uno instituisse arg. l. 5. de condit. inst. l. falsa. §. fin. de cond. & dem. l. 11. de her. inst. Sichard. ad l. 5. pr. C. de inst. & subst. per illum text. Hottom. ad pr. v. b. & plures. Jus. de vulg. Zaf. de subst. c. 1. Guil. Onciac. quæst. Acad. 63. Fab. 13. conj. 15. & seqq. Trentac. p. 1. c. 17. per totum. Gomez. to. 1. c. 3. in fin. Aliud est si separatim singulis substitueretur quod obtingit in casu l. 39. §. ult. h. t. de quo Govean. ad l. Gallus. n. 25. Mattheac. de legat. lib. 1. c. 8. n. 27.

38. Expirat substitutio si primo gradu institutus hereditatem adquirat.

l. 3. l. 69. de acquir. her. l. 5. C. de impub. & aliis subst. Extraneus adeundo §. item Extraneus J. de her. qual. & diff. Suis autem vel tacendo vel se immiscendo l. 3. C. de jur. delib. l. 33. §. 1. de vulg. §. sui autem J. d. r.

39. Etiam si saltem jure pratorio per bonorum poss. secundum tabulas veniat.

per l. 2. §. si duo ff. de bon. poss. sec. tab. non quod heredis appellatione propriè veniat bonorum possessor l. 1. ibi velut heredes. ff. de possess. her. pet. l. 2. ibi. loco heredis. ff. de bon. poss. nisi forsan latè & per extensionem l. ult. C. qui admitti. l. hereditatis de V. S. l. 1. C. unde liberi. l. 1. §. bonorum. ff. ad SC. Trebell. Sed quod hic conditionem à testatore adpositam ita interpretemur, id quod ex conjectura voluntatis eius proficisci debet l. 19. pr. & §. 2. & l. Pater Severinam 101. pr. ff. de condit. & dem. Is enim verbis, si heres non erit, notavit eum qui plena hereditate fruiturus est arg. l. 17. de injust. rupt. l. 14. l. 16. in fin. de leg. præst. juvat l. 3. §. 1. de bon. poss. & l. 1. pr. de bon. poss. furios. Chiflet. c. ult. Govean. ad h. t. n. 42. Hinc substitutio vulgaris facta filiofamilias non evanescit per nudam sui existentiam, ne substitutus nudum heredis nomen noceat arg. l. 2. §. 5. ad Terryll. Aliud longè est si institutus velit ab intestato admitti, tunc enim substitutus præfertur l. 3. C. de impub. & aliis. Tum quia verba, si non erit heres ad testamentarium heredem relata sunt l. 8. §. ult. de vulg. l. 3. pr. eod. tum quia hereditas legitima cessat quandiu ex testamento heres speratur l. 70. de acquir. her. Donell. ad l. 5. n. 14. C. de impub. & aliis subst. Ant. Fab. 9. conj. 14.

scere substitutio, si institutus voluntatem testatoris adimplere recuset.

Nov. l. c. i. Auth. Hoc amplius C. de fideic. cuius textus occasione hoc quaeritur, si Titius & vulgarem substitutionem & Fideicommissum in eodē testamento meruerit, an sit in ipsius electione ut vel tanquam substitutus directo veniat, repudiante instituto, vel ipsum ex Scto cogat adire & restituere? Id quod cum Bartolo affirmarim per l. 56. de manum. testam. l. 6. §. Titius ad SC. Trebell. In genere n. duplici iure munitus semper electionem habet utro venire velit l. 1. §. si proponatur. ff. si quis omilla caus. test. & ita sentiunt Joh Dilect. de art. test. tit. de subst. caut. 2. n. 2. Ant. Peregrin. de fideic. art. 8. n. 45. Fachin. 4. contr. 8. Menoch. 4. praesumt. 63. n. 6. Paris. conf. 41 n. 52 p. 2. Gomez. tom. 1. c. 3. n. 34. Quib. se opponit Ant. Fab. dec. 3. et. 1. dicens, minimè eum posse cogere fiduciarium ad adeundum, sed saltem directo ex substitutione venire. 1. Quia dum ex substitutione recusat agit ut testamentum destituatur, dum non vult voluntatem testantis implere, adeoq; inde lucrum ut sentiat iniquum est. Cui opponatur l. 1. §. si proponatur ff. si quis omilla caus. test. 2. Quia nullum habet interesse ut cogat institutum, quod obmerat, quia forsan substitutio onus habebat, quod avertere nitebatur. d. l. 6. Id quod hodiè omnino evitare non potest. Verum hoc in facto positum est, & interest eius ut hereditatem ex uno capite omissam ex altero recuperet Lancell. de vulg n. 10. Govean ad h. r. n. 23. 3. Quia per d. Novell. l. c. i. omnis coactio proisus cessat & sublata est, ubi hoc inductum, quod fideicommissarius iure directo & non per manum heredis hereditatem acquirere possit. Quasi v. Imperator in genere ibi regulam indefinitam faceret: Quin potius de casu jam adita hereditatis constitutio concepta est ut recte ad eam Nov. adnotavit Cujacius, Ergo non poterit derogare coactioni ad adeundam hereditatem & fideicommissario restituendam: adeoq; nugis agit Faber.

41. Pupillaris substitutio fit ijs qui sibiipsis testamentum facere non possunt: Et distinguitur in veram & quasi. Illa fit liberis l. impuberibus qui ob aetatem testari prohibentur.

Moribus enim Romanorum contra juris Regulas inductum est ut pater filio testamentum facere possit l. moribus. 2. ff. h. r. pr. J. de pupill. subst. 4. Govean. ad d. l. 2. §. 5. n. 6 ff. h. r. Et quidem saltem ob hoc quod filius ipse testandi incapax esset Menoch 4. praesumt. 47. n. 5. & tamen ejus interfit habere heredem ex testamento l. 42. de acquir. her. Idq; exinde patet quod cessante aetatis impedimento ipsa quoq; substitutio cesset l. 14. l. 43. pr. h. r.

42. Puberibus ergo facta, nullarum est virium, ne quidem jure fideicommissi.

l. 7. ff. h. r. §. ult. Inst. de pup. subst. §. masculino. eod. Actus n. semel jure testamenti adprobatus amplius obliquari non potest l. ult. C. de codicill. & quod

§. 3. h. t. Vult. ad pr. J. de pupill. n. 8. Adde quod Homo sui juris ultra 14. annos non amplius testamenti factioe carere debeat, nec patria potestas post mortem patris in infinitum extendi debet, arg. l. 43. §. 1. h. t. Cumque in militari testamento speciali privilegio & certa qualitate talis substitutio toleretur, l. 15. de vulg. & pupill. l. precibus. C. de impub. & aliis, arguit in paganis aliud servandum, ne Regula ad casus exceptos trahatur. Connan. ult. com. 9. Vincent. Cabot. 2. disp. 21. Govean. ad l. 2. nu. 5. ff. h. t. Cuiac. 11. obs. 25. & 12. obs. 17. & 17. obs. 26. Fachin. 4. contr. 44. Vigl. ad §. ult. in fin. J. h. t. Guil. Onciac. quaest. Acad. 36. Anton. Fab. 15. conj. 14. Nec tam faciles ad fideicommissariam dispositionem recurrendum, si de voluntate obliquè relinquendi non constat l. 77. §. mando. l. 34. pr. & §. Gaius de leg. 2. nisi in codicillis dispositio inveniatur, l. 76. ad Treb. ubi benigna interpretatione juvatur ob id forsàn, quod in illis ordinaria fideicommissorum sit sedes §. pen. J. de codicillis Menoch. p. 1. conf. 105. n. 13. Non pro dissentibus facit l. 34. de her. inst. utpote quæ ad institutiones nõ vero ad substitutiones pertinet; scitè Ant. Fab. 15. conj. 12.

43. *Unde si statuto non nisi Maiores 25. annis pubertatem accipiant, etiam post 14 annum pupillarem substitutum habere poterunt.*

Eo enim respiciunt mores Romanè qui pupillarem illam induxerunt pr. J. de pupill. subst. Et lex nova addens aut detrahens antiquæ, recipit omnes restrictiones & interpretationes quas lex antiqua l. ut C. de inoffic. dot. l. inter socerum. §. cum inter. de pactis dotal. Cum ergo antiqua lex de impuberibus jure Romano ante 14. annum non testantib⁹, ita limitabatur ut tamen per patrem fieri illis testamentũ possit, utiq; & in statuto corrigente eadem qualitas remansit. Et aliàs ubi eadem ratio est in pupillo & Minore, ibi de uno dictum etiam in altero obtinet l. 8. §. 1. de reb. eorum. Nec vero præcisè! & ad unguem pubertas ex isto annorum numero desumenda est neq; id ex jure gentium desumptũ, sed est merum juris civilis commentum, ut patet ex l. ult. C. quando Tut. vel Curat esse desin. pr. Inst. quib. mod. tut. fin. & ex Montano tract. de tutel. c. 37. Costano de Matrim. quaest. de his qui nupt. contr. poss. n. 19. Donell. 3. Com. 14. Ergo sicut juri civili licuit intra illos annos 14. pubertatem includere, ita etiam statuto idem immutare licet l. 9. ff. de Just. & Jur. eodem tamen utrobq; effecto & iisdè consecutaneis remanentibus l. 27. l. 28. & 29. ff. de legib. Non ergo audio Vigl. Jason. Alexand. Polit. Tientac. & alios putantes ideo dissentiendum quia Moribus contra jus civile hæc substitutio inducta est, adeoq; non extendenda l. quod meo. in fin. de adquir. poss. l. 1. §. si quis ff. de itin. actuq; l. 14. ff. de ll. Inò vero hic non fit extensio sed interpretatio: à quo consuetudines utrunq; stricti juris dicantur, non tamen abhorrent. Anton. Govean. ad l. 2. §. 5. n. 9. h. t.

44. 2. *In potestate existentibus & tempore Testamenti & tempore Mortis.*

Id enim

quoq; &c. Donell. 6. Com. 25. & ad l. 7. nu. 6. C. de impub. & aliis. Duar. h. t. c. 14. Et aliâs ut quis sit capax hereditatis plura tempora inspicienda sunt l. 49. §. 1. de her. instit. Potissimum vero ~~ibi~~ quæ pro actus forma requiruntur, in ipso actu concurrere necesse est l. 1. §. si quis ita. de V. O. (Ad quod argumentum omnes à dissentientibus allatas responsiones instar castelli in aere esse ait Polit. de pupillari n. 23.) ne supervenientia habilitatis sit potens aliquid inducere l. quæ ab initio de R. J. Cumq; substitutio ista statim expiret si impubes vivo patre sui juris fiat l. 41. §. cum filia ff. h. t. concludendum quod hoc requisito ab initio deficiente nunquam induci possit arg. l. patre. ff. de his qui sui vel alieni juris sunt. Nec officit l. 42. de her. inst. distinguendum inter id quod abundat & id quod deest: Facilius n. illud rescatur quam hoc suppleatur. Nil agit l. 3. §. pen. d. t. nil. l. de vulg. & pupill. l. 2. pr. l. 42. §. 1. eod. Govean. ad l. 2. n. 22. 33. ff. h. t.

45. Non ergo pupillariter substituit Mater.

arg. §. fœminæ J. de adopt. jun. l. 2. pr. ff. h. t. etiam de jure Novell. quo tamen differentia illa Suorû & Emancipatorum non tantopere attenditur; id enim in Legitimis successioneib. obtinet Govean. ad l. 2. §. 5. n. 11. ff. h. t. Nec quid facit l. 33. ff. h. t. tota enim formula ibi posita à pupillari abhorret. Rectè Cujac. tract. 2. ad African. super d. l. 33. Vult. ad pr. J. h. t. n. 5. & Vigl. ibid. n. 6. adde Roland. à Vall p. 4. conf. 69. n. 58.

46. Nisi per statutum potestatem in liberos adsequatur.

l. 2. pr. h. t. juncta l. 1. de V. S. generaliter enim (cæteris paribus) masculinum concipit fœmininum l. qui duos. in fi. l. servis. pr. de legat. 3. etiam in correctoriis Menoch. p. 1. conf. 95. n. 13. 14. præsertim cum inhabilitas qua de jure civili obstabat, per hoc statutum remota sit Correcta v. legis ratione lex ipsa correcta intelligitur. Et cum matri jus exemplariter substituendi datum sit, apparet, jura non ahorrere admodum à pupillariter substituendi jure modo potestas non abfuisse. Urget Politus de pupill. n. 20. Legislatorem in patris persona non tam potestatem, quam maturum & stabile judicium in prospiciendo filius respexisse quod apparere putat ex l. 2. & 3. ff. de confir. tut. sed vix hoc est propter l. 2. pr. v. cæterum emancipatis. h. t. juncta l. 8. §. 5. ff. de inoffic. testam. Trentac. p. 2. c. 10. n. 2. Johan. Dilect. de art. test. tit. de subst. caut. 30. in fin.

47. Nec filio naturali tantum facta pupillaris substitutio valida est.

Quod tamen satis ridiculè tentat Fumeus de subst. n. 37. per l. 1. §. suos ff. de suis & legit. l. 5. l. ult. de his qui sui vel alien. jur. Gomez. tom. 1. c. 4. n. 2.

48. Etiam si superveniat Legitimitio.

Quod tamen voluit Rolandin. de testam. p. 1. rubr. 24. n. 18. per l. fin. ff. de Natal. restit. l. illa institutio §. 1. de her. instit. l. Lex Cornelia ff. de vulg. l. pater & l. seq. ff. de captivis. Quæ omnia revelluntur per ea quæ in thes. 44. dicuntur. Govean. ad l. 2. §. 5. h. t. n. 13. diss. Rol. Vall. p. 3. conf. 22. n. 21. Polit. de pupillari. n. 29.

Quod putavit Valteij. J. h. t. pr. n. 4. per l. 62. ff. de hered. inst. c. quæ lo-
quitur de qualitate heredis instituti, cum nos quæramus de habilitate ejus
cui substitutio fieri debet.

50. *Adoptatis quoque & adrogatis pupillariter substitui
posse placet.*

l. 2. pr. & l. 10 §. 6. ff. h. t. Non tamen adoptatis ab Extraneo: Hi n.
cum in sacris patris naturalis maneat, ab eo saltem substitutum talem ha-
bere possunt l. pen. C. de adopt. Et adrogatus saltem in ijs bonis quæ vel ab
ipso arrogatore vel eius cognatis & amicis adquisivit d. l. 10 §. 6. ff. h. t. l. 13.
§. 2. de adopt. Ant. Fab. 1. Jurisp. Papin. c. 10. pr. 1. illat. 14. Unde recte con-
cludit Roland. à Vall. vol. 4. conf. 80. n. 38. Quod arrogatus hac ratione pro
parte testatus pro parte intestatus decedat. per l. 22. de adoption. S. i. chard. ad
l. 9. n. 9. C. de impub. & aliis substit.

51. *Ut & exhereditatis.*

Utpote in quibus illa qualitas adhuc remansit quæ ad pupillare de jure
requiritur l. 2. pr. ff. h. t. l. 10 §. 5. eod §. non solum Inst. de pupill. l. 6. pr. ff.
de injusto nupto junct. §. posthumorum. Inst. de exher. liber l. 6. pr. ff. si ta-
bulæ test. null. ext. l. 28 §. 1. de lib. & post. l. 33 §. 1. de testam. milit. & per
ea quæ erudite congesti Ant. Fab. 9. conject. 20. Neq; n. hereditas facit
Suum, nisi æquivoce suum heredem solum ut sumitur in l. 8 §. pen. de inoff.
fic. test. l. 1. §. pen. de Suis & Legit. Unde fit ut Suis ab hereditate patris
abstinens suus tamen maneat l. 6 §. 1. de reb. aut. jud. pots. l. 78. ff. ad Tre-
bell. Illam vero ex testamento existentiam per Exheredationem tolli fa-
cile largimur. l. 10 §. 4. ff. de vulg. & pup. l. 27 §. 4 ff. ad S. C. Trebell. Dis.
Gomez. tom. 1. c. 7. n. 3. Angel. de Surtate quæst. 10. n. 2. Lancellot. de pu-
pill. n. 32.

52. *Et nepotibus ex filio Emancipato in potestate retentis.*

Agnaſcuntur enim sui heredes l. Gallus §. sequenti ff. & lib. & posth.
§. posthumorum. J. de ex her. lib. Neq; id correctum est per l. meminimus.
C. de leg. her. Govean. ad l. 2. §. 5. n. 25. ff. de vulg. & pupill.

53. *3. Dummodo sibi quoque pater testamentum faciat.*

l. 1. l. 2. ff. h. t. Neq; n. sine heredis institutione testamentum vires ha-
bet l. proxime ff. de his quæ in testam. del. & pupillare dicitur pars & sequela
paterni §. liberis J. h. t. ita ut ex eo sustineri dicatur l. 3. ff. h. t. l. 8 §. 5. ff. de
inoff. test. l. 2 §. interdum l. 10 §. 4. ff. h. t. Donell. 6. Com. 25. Quod ta-
men fallit in Milit. l. 11 §. ult. ff. de testam. milit. Alias in genere semper
Substitutio præsupponit institutionem. Chiflet. de subst. c. 12.

54. *Etiam si saltem minus solenniter inter liberos testetur.*

Quamvis enim ipse impubes si testetur, ita sibi heredem inutiliter
faceret, tamen hic ex persona & potestate patris res determinanda venit
l. 8.

effectu testamentum facit l. hac consultissima §. ex imperfecto C. de testā.
Jafon. in Auth. novissima. n. 16. C. de inoff. test. & plerumq; rum quando
agitur de favore & interesse ipsorum liberorum, q; hic usu venit Jul. Clar.
tract. de testam. quaest. 10. Rolandin p. 1. flor. test. rubr. 23. n. 27. nam &
extraneis in tali testamento legari & fideicomitti potest Auth. Quod sine
C. de testam. Govean ad l. 2. §. 5. n. 21. Trentac. p. 2. c. 13. n. 2.

55. *4. In casum impuberis in atate pupillari decedentis : id
quod varijs fit formulis, tam implicite quam explicitè.*

pr. & §. substituitur J. h. t. l. 2. §. 5. l. 4. in fin. l. 8. in pr. l. 38. l. 43. ff.
h. t. Menoch. 4. præsumt. 34 & seqq. Rolandin. d. lo. rub. 49.

56. *Pubertatem equidem excedere vequit, intra minorem
tamen atatem includere substitutionem minimè prohibetur.*

l. qui plures 37. §. 1. l. ex facto 43. §. item quæro ff. de vulg. & pup. &
tunc ultra annos à patre præfinitos minime extendi potest. Rol à Vall p. 3.
conf. 72. n. 11. Alias si indefinitè etiam infanti pupillariter substituat, usq;
ad 14. annos substituere voluisse præsumitur, cum id pupillo utile sit l. 42.
pr. ff. de adquir. her. Menoch. 4. præsumt. 47.

57. *Vis hujus substitutionis se exerit impubere intra annos
impuberatis mortuo, cui in omnibus bonis ejus succedit sub-
stitutus etiam iis qua mortuo patre quaesita sunt.*

l. o. §. 5. ff. h. t. l. Papin. §. 5. ff. de inoff. test. l. cohæredi §. cum filia:
ff. h. t. & hoc in eo pagano qui filio & nepoti suo substituit indubitatum
est Paul. Leon. de pupillari. n. 210. etiam si in certis saltem bonis substitu-
tio fiat Guil. Onciac. Acad. quaest. 72. exemplo institutionis l. 1. §. si ex fun-
do. ff. de hered. instit. Gomez. 1. resol. 4. n. 13. Menoch. 4. præsumt. 48. Imo
& in bonis patris succedit si ea vel per immixtionem vel per Existentiam sui
heredis juncta in pupillarib. inveniat l. paterfam. de privil. credit l. 12. de
vulg. & pupil. l. 10. §. 2. eod. Trentac. p. 2. c. 18. n. 1. Diversum est in iis qui
arrogato substituantur, ut supr. thes. 50.

58. *Excluditq; omnes ab intestato venturos, etiam Ma-
trem.*

Quamdiu enim ex Testamento hereditas deferri potest, tamdiu legiti-
ma cessat l. quando de adquir. her. Hic vero fit successio ex testamento il-
lo, quod filio suo pater facit & ideo non luctuosum hoc est matri, quia pa-
ter fecit l. 8. §. 5. de inoffic. test. l. 2. pr. ff. h. t. fac. l. 5. pr. ff. eod. & l. 4. C.
eod. l. 2. C. eod. c. 1. de testā. in 6. Sic in Codicillis hæc substitutio facta valet
in vim fideicommissi, ita ut mater ad restitutionem teneatur l. 76. ff. ad SC. Tre-
bell. quidni tanto magis in testamento: Roland à Vall. p. 1. conf. 69. n. 36.
Menoch. 4. præsumt. 38. Ant. Fab. dec. 33. et. 5. & 5. conject. c. 9. Ch. flet.
c. 15. Donell. ad l. 8. n. 5. 6. C. de impub. & alius subst. Fachin. 4. contr. 42.

59. *Quod & in tacita pupillari verificatur.*

C 3

d. l.

tu quam ex Constitutione Divi Marci, an vulgatis pupillarem contineret, Rol. à Vall. d. conf. 69. n. 23. In eventu n. positum est an filius ante matrem in ætate pupillari sit moriturus necne. Et sic illa constitutio non haberet potestatem purã sed conditionatam: Quod tamen Legislatori ne in mentem quidem venit. Nec obstat q̄ in d. l. 45. h. t. substitutus fuerit unus ex liberis: Quia juxta Ant. Fab. in substitutionibus pupill. non qualitatem personæ substituti sed favorem eius cui facta est substitutio respicimus qualis hic est ipse impubes: cujus favor major quam Matris. Nil officit l. precibus C. h. t. ibi enim speciale est in milite l. centurio ff. h. t. cujus voluntas pro lege est nec suppletionem ex lege patitur. Fab. dec. 72. cr. 7. Hoc displicet Vincent. Cabot. 2. disp. cap. 18. qui putat in casu d. l. centurio admitti interpretationem, cū substitutio in secundum casum facta comprehendat primum, adeoque etiam in primum facta comprehendet secundum. Sed malè infertur, nam ibi substitutio in secundum casum facta non trahitur ad alia bona pupilli aut Minoris quam quæ ab ipso patre testatore adquisivit, non vero simpliciter in primum casum extenditur. adde Vigl. pr. J. de pupillari. n. 17. Connan. 10. com. ult. n. 13. Vaud. l. var. quæst. 44. Trentac. p. 1. c. 12. & p. 2. c. 16. Polit. de pupill. n. 39.

60. Etiam quod ad Legitimam.

per d. l. 8. §. 5. de inoffic. testam. d. c. 1. & testam. in 6. Legitima enim facit ut quærela inofficiosi competat quæ hoc casu denegatur. Nec verò tam firmiter successio matris in bonis liberorum stabilita erat, cum ea de jure 12. tabb. prorsus excluderetur & demum per Prætores & SC. Tertullianū vocaretur pr. J. & t. t. ff. ad Tertull. adeoque vinculum juris, quo ei legitima deberetur, cū debilius sit, etiam facilius dirimi potest. Paulus Leon. de pupill. n. 236. Zaf. c. 1. §. ult. Polit. n. 25. & allegati à Menoch. 4. præf. 38. nu. 30. 31.

61. Quod si pupillariter substitutus inveniatur quoq; heres scriptus, patris hereditatem repudiare, pupilli vero adire omnino potest.

l. 12. ff. h. t. l. 40. 41. 42. ff. de acquir. her. l. 27. §. 2. ff. ad SC. Treb. quod ita intelligo dummodo pupillares tabulæ sustineantur per aliquem coheredum ad eundem d. l. 40. d. l. 27. l. 10. §. 4. h. t. Si vero ipse impubes patri suo heres extitit, tunc quia utraq; hereditas juncta est, non conceditur substituto separatio l. 10. §. 3. h. t. Et ita hi textus videntur fieri consoni. E converso si patris hereditatem adeat pupillarem postea minime repudiare potest l. 27. §. 2. vers. tum si soles. ff. ad Trebell. l. 20. C. de jur. delib. imo ejus heredi (ut maximè alias substitutio in heredem non devolvatur. l. 10. pr. h. t.) etiam invito adcrevit l. 53. l. 58. ff. de acquir. her. vel jure adcrevendi privilegiato hoc in casu, quo hereditas hereditati & non portio portioni adcrevrat, ut vult Duar. de acquir. her. cap. 10. vel ita ut ponit Ant. Fab. dec. 31. cr. 7. Aliter Trentac. p. 2. c. 18. n. 1.

62. Ni.

lio &c. tunc enim sine patris hereditate ad pupillare non veniet.

§. substituitur J. h. t. l. 5. l. 8. §. ult. l. 10. pr. l. 38. pr. ff. h. t. & tunc ea substitutio conditionata esse videtur & ad institutionem præcisè collata Duar. ff. h. t. cap. 15.

63. Servus autem alienus ita institutus & substitutus si jussu Domini ex institutione adierit & eo manumisso postea conditio substitutionis eveniat, ipse ex substitutione & non Dominus ejus vocatur.

d. l. 8. §. 1. h. t. l. 80. l. 35. pr. de acquir. her. præcisè n. per hoc persona instituti notatur non eius ad quem potestate juris hereditas devenit l. 3. ff. h. t. l. 44. de condit. & dem. l. 11. de leg. 1. Vigl. ad §. substituitur n. 2. J. h. t. Duar. d. c. 15. Govean. add. l. 3. n. 8. h. t.

64. Est & hic effectus pupillaris substitutionis, ut frater fratri impuberi substitus fiat ei necessarius.

l. 10. §. 1. l. 2. §. 4. & l. 12. ff. h. t. l. 42. de acquir. her. de quo quæsitum est an etiam tantum sit valoris, ut ita substitutus, antequam plenè agnoscat hereditatem transmittat eam in suos heredes? Quod quidem displicet Goveano contra Bartolum, nobis verò apprimè placet neq; enim tunc hereditas ut acquirenda sed ut acquisita habetur, ipso jure hoc operante Trentac. p. 2. c. 17. n. 2. Nec obstat Goveani ratio, quod hic frater fratri non fiat. Suus, adeoq; hunc effectum transmissionis substitutio illa habere non possit: Nam non requirimus sicutatem sufficit quod sit Necessarius, ad Exemplum servi necessarii heredis, cui ille frater æquiparatur l. 10. §. 1. h. t.

65. Extinguitur pupillaris substitutio, si pupillus in potestate moriatur.

l. 17. §. 1. de adopt. l. 28. 29. de vulg. & pup. l. 10. l. 11. ff. de captivis & postl. rev. Ant. Fab. lib. 10. conj. c. 4. 5. 6. 7.

66. Ut & deficiente substitutionis conditione.

Veluti si filius in pubertate §. masculino J. h. t. l. 7. l. 14. l. 43. pr. ff. h. t. l. 21. eod. vel substitutus ante pupillum moriatur l. 10. pr. eod. neq; enim ad heredes devolvitur Gomez. 1. resol. 4. n. 15. Politus de pupillari n. 41. 42.

67. Et si hereditas ex testamento patris non sit adita.

l. 16. §. 1. l. 2. §. 2. ff. h. t. l. 2. C. de bon. poss. contra tabb. l. filium ff. eod. Zas. de substit. c. 2. in fin. Si tamen per bon. poss. contra tabulas testamētū evacuetur sustinentur tabulæ pupillares l. 34. §. ult. ff. h. t. ubi Ant. Govean. n. 1. Donell. ad l. 7. n. 17. C. de impub. & aliis subst. Fumeus de subst. n. 58.

68. Sed an per SUI heredis nudam existentiam sustineatur?

Goveanus, Trentacinius, Duarenus, Viglius negativam habent per l. 2. §. 1. & 2. l. 38. §. ult. ff. de vulg. & pupil. arg. l. 6. J. de pupil. l. 9. ff. de testam.

lianus. l. 14. §. si quis l. 27. §. a patre ff. ad SC. Trebell. l. 40 in nn. de ad-
quir. her. l. 8. §. 5. de inoffic. test. Sed in affirmativam juris civilis ratio nos
cogit, Tum quia pupillaris substitutio est favorabilis l. 42. de adquir. her.
l. 12. de vulg. & pupill. Tum quia absentio tanquam juris prætorii reme-
dium non potest facere, ut is qui semel exitit heres, possit desinere esse he-
res §. 1. J. de bon. poss. l. 7. §. pen. ff. de Minor. Unde etiam post absentio-
nem libertates competunt l. 23. ff. de testam. manum l. 30. §. 5. ff. de fideic.
libertat. & in suam etiam abstinente Creditores paterni actiones dire-
ctas habent l. 75. ff. de adquir. her. & post absentionem bonis patris ven-
ditis, si adhuc aliquid supersit, id suo assignatur tanquam vero heredi l. 6.
§. 1. de reb. autor. ju l. 1. 79. ff. ad Trebell. Facit l. paterfamilias ff. de pri-
vileg. credit. Ant. Fab. dec. 31. er. 1. 2. 3. & Vincent. Cabot. 2. disp. 22. Cuj.
ad l. 2. ff. de excusat. tut. Politus de pupill. subst. n. 43.

69. *Quasi pupillaris substitutio fit liberis qui ob morbum
animi, utpote furiosi & mente capti, testari prohibentur, in
casum quo heredes erunt & in furore decesserint.*

§. qua ratione J. de pupill. l. 9. C. de impub. & aliis. de furiosis equidē
Doctores in vanum dubitant ex l. 25. C. de nuptiis, cum apertus hac de re sit
textus in l. ult. §. 1. C. de curat. furios.

70. *Substituere ita possunt parentes cuiusq; sexus.*

d. l. 9. ibi: qui vel quæ, & ibi: testatori vel testatrici. Roland. à Vall. vol.
4. conf. 68. n. 44. & seqq. ita tamen ut pluribus simul existentibus is penes
quem patria est potestas præferatur, adeoq; tunc mater non admittatur
arg. l. ult. in princ. C. de curat. furios. accedit duplex vinculum in patre §.
sed hodie J. de adopt. l. 2. §. objicitur ff. ad SC. Tertyll. Donell. 6. Com. 27.
Vigl. d. §. qua ratione. n. 4. Sichard ad d. l. 9. n. 8. Hinc sequitur quod li-
beri etiam Emancipati parentibus furiosis, quanquam Curatores esse l. his
qui. de tutor. & curat. non tam exemplariter substituere possint, tum quod
Constitutio hanc potestatem illis non dejerit, tum quod aliàs filius substi-
tuens posset seipsum substituere, utpote cum liberi furiosorum debeant
substitui, quod absolum est dicere Rolandia. de art. test. p. 1. rubr. 25. n. 5.
Politus de Exemplari nu. 3. & nu 18.

71. *Etiam si ad secunda convolaverint vota.*

Quod in patribus & avis indubitatum de quibus majorem fiduciam
leges fovent l. ult. C. de bonis quæ liberis, quam de matribus arg. l. 4. ff. &
C. de testam. tut. l. 2. ff. de confir. tut. l. 22. §. pen. C. de admin. tut. Auth.
Sacramentum C. quando mulier tut. offic. l. 1. C. ubi pupill. educ. l. quod
mater. C. de revoc. donat. Auth. ex testamento C. de secundis nupt. Nov.
de nuptiis. §. si autem. §. quia vero & §. soluto. & §. si vero expectet. l. 3. §.
illud: ibi: matre secundis nuptiis funestata C. de secundis nuptiis. Paulus
Montan. tract. de Tutelis. c. 15. n. 109. & seqq. Roland. à Vall. conf. 68. n.
29. 30. 31. p. 4. Itaq; in matre communiter receptum, ut ea si vitricum su-
perinduxerit hanc potestatem amississe censeatur Donell. 6. Com. 27. & ad
l. 9.

mit altera iterum dedisse fingatur. Politus n. 4.

72. *Et quidem liberis saltem furiosis & mente captis non vero prodigis, mutis, surdis.*

Neq; enim contra regulas juris communis inductam constitutionem, qualis hæc est l. verbis de V. S. l. testandi C. de testamentis, ad consequentias producere licitum est l. 14. ff. de ll. l. 123. l. 184. de R. J. Quod ipsum Viglius sibi quoq; placere ait, nisi à communi opinione recedere ipsi religio esset. Nil facit quod objicit Donellus, prodigos furiosis proximos esse quoad bonorum administrationem l. 12. §. ult. ff. de Tutor. & Curat. l. 1. C. de Curat. furios. l. 8. §. 1. ff. de rebus eorum qui sub tut. Idem enim secundum quid verum est non vero simpliciter l. 6. de V. O. l. 5. de adquir. her. juncta l. furios. 41. de R. J. l. in negociis. ff. de R. J. Vultej. in pr. J. de V. O. n. 32. Menoch. p. 1. conf. 82. n. 195. &c. Unde furiosi sanitatem, prodigi vero sanos mores recipere dicuntur l. 1. de Curat. furios. Melius ergo est sequi cautelam Johannis Dilecti de arte test. tit. 5. cautel. 13. in fin. Cnjac. p. t. C. de impub. & alijs. Vasq. illust. contr. lib. 1. c. 37. n. 9. Diff. Sichard. ad l. 9. n. 4.

73. *Impuberibus furiosis quoq; ita substitui posse placet.*

Nulla enim litera constitutionis obstaculo est, imo dum ea generaliter loquatur & non certæ ætatis liberos determinet, cur nos determinabimus? Et cum in tali impubere duplex impedimentum, ob quod testari non possit concurrat, in patrefamilias quoque duplex substituendi remedium subsit, cur uno alterum expirare dicamus? Neq; n. quid vetat quominus plures substitutionū species in uno testamento cumulari possint ut videre est in l. 4. ff. & C. hoc. tit. ut supra thes. 40. Et interdum hoc necessario dicendum est, veluti si mater filio impuberi furioso extra potestatem existenti substituere velit, ubi certe non nisi hoc substitutionis genere uti potest. Viglius ad §. qua ratione n. 6. Jas. h. t. Duaren. ff. h. t. c. 14. Nec obstat. l. 3. ff. de tutelis, non enim ut tutela & cura, ita quoque hæc quasi pupillaris substitutio certæ ætatis liberos requirit. Neque ut plures substitutionis species l. 15. ff. h. t. l. 8. C. cod. ita etiam plures tutelæ species concurrere possunt: adeoque nihil ab illa ad hanc illatio importabit. Multo minus facit, quod ad Extraordinarium remedium non pateat recursus, ubi ordinarium suppetit l. 16. ff. de minoribus negatur n. assumtum. Diff. Trentac. p. 2. c. 4. nu. 9. Politus de pupillari n. 9. Rolandin. p. 1. rubr. 25. nu. 9.

74. *Et quia sufficit ut substituens ex pluribus furiosi liberis aut fratribus unum substituatur, ceteros præteritos testamentum evertere non posse consequens est.*

d. l. 9. ibi: unum vel certos, vel omnes. Nec tunc jure conqueri poterunt de iniquitate avi, qui eos non tenebatur instituere, utpote quos pater præcedat §. posthuminum J. de exhered. liber. nec de patris, quia ipse non fecit testamentum l. 8. §. sed nec. ff. de inoffic. testam. Nec hic valet

D

illatio:

ipse facere posset si sanus esset. Nam nec ipse furiosus teneretur instituere fratres l. 7. C. de inoffic. test. quod tamen pater substituens omnino facere teneretur d. l. 9. Ita Donell. ad l. 9. n. 9. C. h. t. & 6. com. 27. Politus de pupillari n. 16. Sichard. ad d. l. 9. n. 5. C. h. t. Vigl. ad §. qua rationem J. h. t. n. 7.

75. *Ut nec matrem.*

per ea quæ supra thes. 58. ponuntur. Rolandin. de art. test. rubric. 25. n. 21. p. 1. Sichard. ad l. 9. n. 5. C. h. t. Trentac. d. c. 5. n. 12. Dis. Gomez. tom. 1. c. 6. n. 7.

76. *Finitur hac substitutio si post eam furioso liberi nascantur.*

l. ex facto. 43. ff. h. t. arg. l. cum avus 12. ff. de condit. & demonstr. l. generaliter 6. §. cum autem C. de instit. & substit. Non idem dixerim de liberis naturalibus tantum. Politus de exemplari nu. ult. Ut nec de fratribus Furiosi postea natis, ut maxime Sichard. d. l. 9. n. 12. C. h. t. singularem hic speciem notet, qua frater fratris testamentum rumpat. Nullibi enim hoc fundatur & in contrarium est l. fratres C. de inoffic. test.

77. *Vel si furiosus resipiscat.*

§. qua ratione J. h. t. l. 43. h. t. d. l. 9. C. h. t. De hoc tamen valde disceptatur si post reconvalescentiam iterum furor stimulis suis eum accenderit, ut loquitur Imp. in l. 6. C. de Curat. furios. num ibi substitutio quoque vires denuo adquirat? Distinguat Dd. inter parvum & magnum intervallum. ita ut si statim revertatur furor, nunquam in sanitatem fuisse restitutus intelligatur, nam & febicitans tempore inter paroxysmos interjecto non habetur profano l. 5. ff. de edil. edict. & si conjuges post divortium mox reconcilientur, idem numero est matrimonium & non aliud l. 33. ff. de ritu nupt. Et id nostro casui conveniens d. l. 43. ibi: quatenus perseverat: ibi: quia jam sibi posset testamentum facere. d. l. 9. ibi: perpetuo. Si vero longo intervallo interjecto furor revertatur, non tam nuperus quam alius furor eum adortus fuisse intelligitur adeoque tunc sibi imputet si non testatus fuit cum potuisset l. furiosum C. qui testam. fac. Quæ tamen provisio in arbitrio judicis est; nam & cum in confinio, furoris & sanitatis est, non penè est tempus in quo hujusmodi morbus desperetur, d. l. 6. C. de curat. fur. Menoch. lib. 4. præsumt. præsumpt. 50. Viglius d. §. qua rationem n. 7. J. h. t. Gomez. tom. 1. cap. 6. n. 11. & ibi Soq. &c.

78. *Porrò jure Privilegiato Militibus concessum est ut in secundum casum directo tam filius quam Extraneis post hereditatis acquisitionem decedentibus substitutum dare possit.*

l. 15. ff. de vulg. l. precibus, C. de impub. l. 5. l. 41. §. 3. ff. de testam. milit. l. 6. C. eodem. quod pagani non est licitum §. ult. J. de pupill. cum illi non possint heredem facere ad certum tempus, vel ex certo tempore l. hereditas

est. l. 8. C. de testam. milit.

79. *Id quod sit vel per expressas formulas, vel per compendium verborum.*

d. l. 15. ibi. si intra quintum & vicesimum annum &c. d. l. precib. ibi: vel expressa vel compendio &c. veluti: *Quandocunq; filius meus decesserit &c.* Roland. a Vall. p. 1. conf. 25. n. 13. 14. Trentac. p. 4. c. 3. & 4. Duaren. ff. h. t. c. 22. & lib. 2. disp. ann. c. 22. Fumeus de subst. n. 72.

80. *Effectus in hoc conspicuus est, quod ceterarum substitutionem casus hic comprehensi inveniuntur.*

Nam aut filius moritur intra annos impuberes, tunc substitutus in omnibus filij bonis succedit ex pupillari l. centurio. ff. de vulg. & pupil. Aut post pubertatem, tunc saltem ea bona quæ à patre filius adquisivit ad substitutum pertinent l. 10. §. 5. & d. l. 15. de vulg. l. 5. l. 41. §. 3. de testam. milit. l. precib. C. de impub. & aliis: non etiam ea quæ filius aliunde quæsit, ne videlicet privilegium militibus datum vertat in præjudicium liberorum l. 28. ff. testam. milit. l. 40. ff. de admin. tut. qui ita testandi facultate liberiore quasi privarentur l. ex facto. ff. h. t. Duar. d. c. 22. Donell. ad d. l. precibus n. 8. C. de impub.

81. *Et quod substitutus jure illius substitutionis militaris non per fideicommissum sed directo succedat.*

Nam jure fideicommissi quilibet etiam non miles potest post pupillarem ætatem relinquere § ult. J. de pupillari, & sic hoc non esset privilegiū militare, quod tamen jura volunt d. l. centurio. ibi: directo substituit: & ibi: ex privilegio militum. l. 6. C. de testam. milit. ibi: proprio privilegio. quemadmodum & directo valet institutio ex tempore & ad tempus l. 15. §. miles. l. 41. de testam. milit. & substitutio pupillaris absq; prævia institutione l. miles 41. §. ult. l. 15. §. penult. eod. & dispositio imperfecta l. 35. eod. Itaq; quod valere potest jure directo cur obliquetur? Et parum abest quin dissentiens Cujacius militi plus privilegii tribuat flectendo dispositionem directam quæ jure directo (uti putat) valere non potest, ad fideicommissum, quam si directam directo interpretaretur. Non enim militum dispositiones tanquam nudæ voluntates sed tanquam testamenta & jure testamentorum conservantur l. 40. ff. d. r. Parum ergo facit l. precibus C. h. t. nam ex communi interpretatione Goveani, Donelli, Duareni & aliorum non positive sed comparative intelligenda sunt. Impp. verba quamvis dissentiat Vincent. Cabot. 2. disput. 20. Cujac. 12. obs. 27. cui respondet Ant. Fab. 15. conject. 12. Gomez. 1. var. resol. 7. n. 5. Menoch. 4. præsumt. 52.

82. *Etiam si adsit Mater ejus qui habet substitutum.*

Nulla enim ei infertur injuria utpote quæ in bonis mariti nihil juris habet, in quibus solis substitutus succedit l. 5. l. 28. l. 41. §. 3. de testam. milit: nec obstat quod per immixtionem facta fuerit confusio istorum bonorum.

tempus finitum iterum separatio bonorum fieri necessario debet arg. l. 12.
ff. de vulg. & pupil. Trentac. p. 4. c. 8. Zas. c. 5. Fumeus de subst. n. 81.

83. *Quod si Miles filiam suam impuberem & fratrem
suum institutos invicem substituit, filiaq; postquam heres
extiterat, decessit superstite matre & Patruo tanquam substi-
tuto, ibi Mater ab intestato admittitur substituto excluso.*

per l. 6. C. de testam. milit. Non enim illa reciproca substitutio ope-
ratur plus quam vulgarem, non v. tacitam pupillarem Vigl. ad pr. J. de pu-
pill. n. 16. Donell. ad d. l. 6. n. 4. non quod miles pupillariter substituere
non potuerit, sed quia dubitatur an voluerit, cum voluisse non præsuma-
tur. Eleganter Ant. Fab. dec. 72. er. 7. Cum itaq; spes vulgaris substitutio-
nis per existentiam fuerit sublata l. post aditam. C. de impub. & aliis. Utiq;
res ad causam intestati pervenit.



Quæritur :

*Testatrix Titio reliquit legatum sub con-
ditione, Si Religioni Pontificia se adsocia-
verit; An conditio pro non adjecta habenda
& Titius ea non obstante ad Legatum sit ad-
mittendus?*




DISP. V.

X2617642

1017







Inches
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

A.
arii Publici 16 11,5
IV.
ITU.
US.
ana
cultate Juridicâ
sultissimo
ERHARDO
indam proponet
US LUSATUS.
ulij.
DIANIS.
XI.

19
19
2

3 1/2